Digitized by Google

BC
60
P28 l
1544a

1184864

Nicolettus, Paul

LOGICA PAVLI VENETI

HABES IN HOC ENCHIRIDIO

ſummã totius Dialecticæ, mira quadã bre
uitate atq; facilitate ad vtilitatẽ ſtuden-
tium conſcriptam ab eximio ætatis
ſuæ magiſtro Paulo Veneto
Nuperq; diligenti ſtudio cor
rectam atq; emẽdatam.

Additis quotationibus & Poſtillis ad textus declarationẽ.
Necnon Tabula & figuris.

Venetijs M D XLIIII

Digitized by Google

A

Pauli Veneti Heremitani logica parua.

Conſpiciens librorum quorundam ma
gnitudinem tedium conſtituentem in
animo ſtudẽtium:necnon & aliorum
nimiam breuitatem:quibus nulla ſe- 2. ethic.
re eſt annexa doctrina. Ideo uolens cap. 5. et
medium retinere utriuſq; ſapiens na- 5. ethic.
turam extremi, compendium utile conſtruxi iuueni- t.cõ.6.
B bus, pluribus diuiſum tractatibus,

Quorum primus ſummularum tradit notitiam.
Secundus ſuppoſitionum declarat materiam.
Tertius conſequentiarum oſtendit doctrinam.
Quartus terminorum uim inſtruit probatiuam.
Quintus ligandi regulam docet obligatiuam.
Sextus inſolubilia ſoluendi dat artem & uiam.
Septimus contra primum obiicit, ſolutionem adde-
ns reſponſiuam.
Octauus tertiũ fortificat p rationẽ argumentatiuã. t.c.4.
C Quia ergo doctrina quęcunq; a communiori ut ait Diffõ ter-
Philoſophus in prohemio phyſic. ſumit exordiũ, ideo mini p
tractatus primus terminũ ſic diffiniẽs incipit a priori. q̃ uide i.

De diffinitione termini & eius diuiſione cap. 1. prio. c. 1

Terminus eſt ſignum orationis conſtitutiuum. & Boe.
ut pars propinqua eiuſdem, ut ly homo, ly ani in. 1. de
mal. Et notanter dicitur propinqua: quia ora differẽ.
tio habet partes propinquas & remotas, propinqua top. c.
uocatur dictio, remota uocatur litera uel ſyllaba, di 2. et in. i
D ctio igitur & non litera uel ſyllaba, eſt terminus. de ſyllo.
Prima diuiſio eſt iſta. Terminum quidam eſt per cate.

182108

Secũduz ẏo ety mologiã eius uide 5.me. te. 23.

ſe ſignificatiuus, quidam non. Terminus per ſe ſignificatiuus, eſt ille qui per ſe ſumptus aliquid repreſentat, ut ly homo, ly animal. Terminus non per ſe ſignificatiuus eſt ille qui per ſe ſumptus nihil repreſentat, ut omnis, nullus, quilibet, quicunq;, alter, & conſimiles.

Secunda diuiſio, p qua uide primo p ye.c.i. et ipſum. Paul. in lo.ma.in i. pte ſo. 5. colũ. pri.

Secunda diuiſio eſt iſta. Terminorum quidam ſignificant naturaliter, & quidam ad placitum. Terminus naturaliter ſignificãs eſt ille qui apud omnes eiuſdem eſt repreſentatiuus, ſicut ly homo, ly animal, in mente. Terminus ad placitum ſignificans eſt ille qui non apud omnes eiuſdem eſt repreſentatiuus. ſicut ille terminus homo in uoce uel in ſcripto, qui apud nos ſignificat hominem. ſed apud alias nationes nihil ſignificat. ut ſunt greci & hebrei.

A B

Tertia diuiſio. De hac uide latius ĩ lo. ma.fo.2. co.2.3. ſ. 58. fal. 3.

Tertia diuiſio eſt iſta. Terminorum quidam eſt categorematicus, et quidam ſyncategorematicus. Terminus categorematicus eſt ille qui tam per ſe quàm cum alio habet proprium ſignificatum. ut ly homo: ſiue enim ponatur in oratione, ſiue extra, ſemper ſignificat hominem. Terminus ſyncategorematicus eſt terminus habens officium qui per ſe ſumptus nullius eſt ſignificatiuus. ut ſigna diſtri C butiua. ut omnis, nullus, & ſigna particularia. ut aliquis, alter, & præpoſitiones, & aduerbia, & coniunctiones. Signa namq; diſtributiua habent officium, quia determinant diſtributiue, uniuerſalia uẽr, & particularia particulariter. Præpoſitiones determinãt ſub certo caſu. Aduerbia uerbum, & coniunctiones habent coniungere terminos uel orationes.

4. diuiſio Vide Pau. lo. ma. fol. 19. co.4

Quarta diuiſio eſt iſta. Terminorum quidam eſt primę intentionis, & quidam ſecundæ intentionis. Terminus primæ intentionis eſt terminus mentalis ſignificans non ter- D minum. i. rem quæ non eſt terminus dato q̄ eſſet, ſicut ly homo, ſignificat ſor. & pla. quorum nullus poteſt

eſſe terminus. Terminus autem ſecundę intẽtionis eſt terminus mentalis ſignificans ſolummodo terminum A uel propoſitionem. ut illi termini mẽtales, nomen, uerbum, participium, propoſitio, oratio, & huiuſmodi.

5. diuiſio Vide Boe. in 1. pyer. in princ.

Quinta diuiſio eſt iſta. Terminorum quidam eſt primę impoſitionis, quidam ſecundæ. Terminus primę impoſitionis eſt terminus uocalis uel ſcriptus ſignificans non terminum. ut ly homo, & ly animal, in uoce uel in ſcripto. Terminus autem ſecundę impoſitionis eſt terminus uocalis uel ſcriptus ſignificans ſolum B modo terminum uel propoſitionem. ut illi termini uocales uel ſcripti, nomen, uerbum participium, et huiuſmodi.

6 diuiſio Vide Paul. in lo.ma. f. 16.co. 4

Sexta diuiſio eſt iſta. Terminorum quidam ſunt incomplexi, & quidam complexi. Terminus incomplexus uocatur dictio, ut ly lapis, ly lignum. Sed terminus complexus eſt oratio, ut homo albus, ſor. & plato, deum eſſe. & huiuſmodi.

De nomine. Cap. 2.

C QVia de nomine & uerbo ex quibus oratio componitur & propoſitio, logicus principaliter conſiderat: ideo de his reſtat diffinitiones aſſignare. Nomen eſt terminus ſignificatiuus ſine tempore cuius nulla pars aliquid ſignificat ſeparata, ut homo.

Diffinitio noīs pro qua uide primo pyer. t.c. 2.

In iſta diffinitione ponitur terminus loco generis, quia omne nomẽ eſt terminus. & non econuerſo dicitur ſignificatiuus, quia termini non ſignificatiui non ſunt nomina apud logicum, licet bene apud grammaticum. ut omnis, nullus, & ſimilia. Tertio dicitur ſine tempore, ad differentiam uerbi & participij quæ ſignificant cum tempore. Quarto ponitur cuius D nulla pars aliquid ſignificat ſeparata, ad differentiam orationis, cuius partes ſignificant ſeparate.

Digitized by Google

De uerbo. Cap. 3.

VErbum eſt terminus temporaliter ſignificatiuus et extremorum unitiuus, cuius nulla pars A aliquid ſignificat ſeparata, ut currit uel diſputat. Et dicitur primo, temporaliter ſignificatiuus, ad differentiam nominis quod ſignificat ſine tempore. Secundo dicitur, & extremorum unitiuus: ad differentiã participij quod ſignificat cum tẽpore, ſed non unit ſuppoſitum cum appoſito ſicut uerbum. cęterę autem particulæ ponuntur: ſicut in diffinitione nominis.

De oratione. Cap. 4.

ORatio eſt terminus ſignificatiuus, cuius aliqua pars aliquid ſignificat ſeparata. ut homo albus: deũ eſſe. Vltima particula ponitur ad differentiam nominis & uerbi: quorum partes non ſignificant ſeparatę. B Orationum alia perfecta, alia imperfecta. Oratio perfecta eſt illa quæ perfectum ſenſum generat in animo auditoris. ut homo currit. Oratio imperfecta eſt illa quæ imperfectum ſenſum generat in animo auditoris. ut homo albus, deum eſſe.

Notandum quòd tres ſunt ſpecies orationis perfectæ. C quia orationum perfectarum. alia indicatiua, ut homo currit. alia imperatiua, ut doce Ioannem. alia optatiua, ut utinam eſſem bonus logicus.

De propoſitione. Cap. 5.

PRopoſitio eſt oratio indicatiua: uerum uel falſum ſignificans ut homo currit. ponitur oratio loco generis, quia omnis propoſitio eſt oratio & non econuerſo. Secundo dicitur indicatiua: quia ſola indicatiua eſt propoſitio, non autem imperatiua nec optatiua. Vltimo annectitur: uerum uel falſum ſignificans: propter tales orationes. ſortes poteſt, plato incipit. quæ non ſunt propoſitiones: non obſtante quòd D

Diffinitio ỽbi. uide. i. phier. c. c. 1.

Diffinitio orõnis et p hac uide pri. pi her. c 4.

Et nota ꝙ iſtæ diffõnes nõ ỽifi cant de uirtute ſermõis ſed intelligiẽ in eis ꝙ ſint apte nate ſiĝnare p fectũ ſenſu; &c. pro quibus uide Io. ma. fol. 101. col. 1.

ſint indicatiuę. quia non ſignificant uerum nec falſum: cum ſint orationes imperfectæ.

A De diuiſione propoſitionum. Ca. 6.

DIuiſiones ſub propoſitione contentas ſequitur numerare. Prima eſt iſta, propoſitionum alia categorica alia hypothetica. propoſitio categorica eſt illa quæ habet ſubiectum prædicatum & copulam tanquam principales partes ſui. ut homo eſt animal. Subiectum eſt ly homo, prædicatum uero. ly animal. copula illud uerbum eſt: quia coniungit ſubiectum cum prędicato. Et ſi dicatur homo cur-
B rit eſt propoſitio categorica & non habet prædicatum. Dicitur quòd habet implicitum prædicatum. uidelicet, ly currens. quod patet in reſoluendo illud uerbum currit. in ſum, es, eſt, & ſuum participium. Subiectum eſt de quo aliquid dicitur. ut homo. Prædicatum uero quod dicitur de altero. ut animal. Sed copula ſemper eſt uerbum ſubſtantiuum: ſum, es, eſt. De propoſitione hypothetica poſterius dicetur ad cuius
C differentiam ponitur illa particula: principales partes ſui. quia principales partes hypotheticæ non ſunt ſubiectum & prædicatum: ſed plures categoricę ut infra dicetur. Secunda diuiſio eſt iſta. Propoſitionum categoricarum. alia affirmatiua, alia negatiua. Propoſitio categorica affirmatiua eſt illa in qua uerbum principale affirmatur. ut homo currit. Propoſitio categorica negatiua eſt illa in qua uerbum principale negatur, ut homo non currit.

Tertia diuiſio eſt iſta. Propoſitionum categori-
D carum alia uera, alia falſa. Propoſitio categorica uera eſt illa cuius primarium & adequatum ſignificatũ eſt uerum. ut, tu es homo. hæc enim eſt uera. tu es homo, quia te eſſe hominem eſt uerum. Voco ſi lo. ma.

Diffinitio·i. pi her. c. 5.

Prima diuiſio. Vide in Io. ma. fo. 101. col. 4.

Dubiũ. Solutio

Quid ſubiectus quid pdicatum & quid copula.

Secũda diuiſio Põt colligi ex. I. pihe. c. a

Tertia diuiſio

Diffuſius d hac materia uide in Io. ma.

Digitized by Google

a fol. 158 uſq; ad f. 167. ſecū dę ꝑtis.

gnificatum primarium & adequatum propoſitionis, quod eſt ſimile orationi infinitiue uel coniunctiue illius. unde te eſſe hominem, uel ꝙ tu es homo, dicitur ſignificatum primarium & adequatum illius, tu es homo. cetera autem ſignificata. ut te eſſe animal, te eſſe ſubſtantiam, et huiuſmodi, ſunt ſignificata ſecundaria, & pœnes illa non dicitur. propoſitio uera nec falſa. Propoſitio categorica falſa eſt illa cuius primarium & adequatum ſignificatum eſt falſum. ut tu es aſinus. A

4. diuiſio uide i. lo. ma. a f. 167. uſq; ad fo. 172.

Quarta diuiſio. Propoſitionum categoricarum alia poſſibilis, alia impoſſibilis. Propoſitio categorica poſſibilis eſt illa cuius primarium & adequatum ſignificatum eſt poſſibile. ut tu curris. B Propoſitio categorica impoſſibilis eſt illa cuius primarium & adequatū ſignificatum eſt impoſſibile, ut homo eſt aſinus.

5. diuiſio

Quinta diuiſio. Propoſitionum categoricarum alia neceſſaria, alia contingens. Propoſitio neceſſaria eſt illa, cuius primarium & adequatum ſignificatum eſt neceſſarium, ut deus eſt. Propoſitio contingens eſt illa cuius ſignificatum primarium & adequatum eſt contigens, ut tu es homo. C Et uoco ſignificatum contingens illud quod indifferenter poteſt eſſe uerum, uel falſum.

6. diuiſio uide. i. prior. 2. 2. in pri.

Sexta diuiſio. Propoſitionum categoricarum alia alicuius quantitatis, alia nullius. Propoſitio categorica alicuius quantitatis eſt illa quæ eſt uniuerſalis, particularis, indefinita, uel ſingularis. Propoſitio uniuerſalis eſt illa in qua ſubijcitur terminus communis ſigno uniuerſali determinatus, ut omnis homo currit. Terminum communem uoco in pręſenti nomen appellatiuum & pronomē pluralis numeri. Signa uniuerſalia ſunt iſta, omnis, nullus, quilibet, unuſq́ſq; vterq;, neuter, qualiſlibet, quantuslibet, & huiuſmodi. D Propoſitio particularis eſt illa in qua ſubiicitur terminus cōmunis ſigno

particulari determinatus, ut aliquis homo diſputat. Signa particularia ſunt iſta, aliquis, quidam, alter, reliquus, & huiuſmodi. A Propoſitio indefinita eſt illa in qua ſubijcitur terminus cōmunis ſine aliquo ſigno, ut homo eſt animal. Propoſitio ſingularis eſt illa in qua ſubijcitur terminus diſcretus, uel terminus cōis cum pronomine demonſtratiuo ſingularis numeri. Exemplum primi. ſor. currit. Exemplum ſecundi. ille homo diſputat. Voco autem terminum diſcretum uel ſingularem, nomen proprium aut pronomen demonſtratiuum ſingularis numeri. ut iſte, iſta, iſtud. B Ex quibus ſequitur iam quæ eſt categorica nullius quantitatis. Et dicitur ꝙ illa quæ non eſt uniuerſalis, nec particularis, nec indefinita, nec ſingularis, ut excluſiuę, & exceptiuæ, & reduplicatiuę. uidelicet tantum homo currit, omnis homo pręter ſor. mouetur, omnis homo inquantum homo eſt animal.

Idem in 7. tract. huius in c.i. & in lo. ma. f. 107. col. 4.

Iuxta primam ſecundā & ultimam diuiſiones ponitur iſte uerſus. Quę/ca, uel hy. Qualis, ne, uel af, u. Quanta, par, in, ſin, Prima pars ſic intelligitur, ꝙ ad interrogationem de propoſitione C factā ꝑ Quæ: reſpōdetur categorica, uel hypothetica. Secunda autem aſſerit quod ad interrogationē factam per Qualis: reſpondetur affirmatiua uel negatiua. Sed in tertia denotatꝰ ꝙ ad interrogationem factā ꝑ Quanta: rñdeatur, uniuerſalis, ꝑticularis indefinita, uel ſingularis, & hoc ſm exigentiam propoſitionis propoſitę.

De duabus alijs ꝓpoſitionū diuiſionibus. Cap. 7.


Prima diuiſio


PRæter ſupradictas diuiſiones duę alię declarantur. Prima eſt iſta, Propoſitionū categoricarū alia de ineſſe, alia modalis. D Propoſitio categorica de ineſſe eſt illa in qua non ponitur aliquis modus ut homo currit. Propoſitio categorica modalis eſt illa in qua ponitur aliquis modus, ut poſſibile eſt ſor. cur-

Digitized by Google


rere. Modi autem ſunt ſex. ſ. poſſibile, impoſſibile. ne
Secũda. ceſſarium, contingens. uerum, & falſum. Secunda A
diuiſio. Propoſitionum modalium: quædam eſt in ſen
ſu diuiſo: & quædam in ſenſu compoſito. Propoſitio
modalis in ſenſu diuiſo eſt illa in qua modus mediat
inter accuſatiuum caſum et uerbum infinitiui modi. ut
ſortem poſſibile eſt currere. Propoſitio modalis in ſen
ſu compoſito eſt illa in qua modus totaliter præcedit,
uel finaliter ſubſequitur: ut deum eſſe eſt neceſſarium.
impoſſibile eſt hominem eſſe aſinum. Ex his diui
ſionibus originantur tres figuræ. Quarum prima dici B
tur de ineſſe. Secunda modalis de ſenſu diuiſo: ſe habẽs
ad modum primæ. Tertia modalis de ſenſu compoſi
to: ſed a cæteris diſperata. Quarum declarationes ha
bes in exemplo hic poſito.

Figura de ineſſe.





Modalis de ſenſu compoſito.



Digitized by Google

De figuris propoſitionum. Cap. 8.

Prima regula. SIcut igitur tam primæ quàm ſecundæ figurę hę regulę generales. Prima eſt iſta. Vniuerſalis af- A
firmatiua & uniuerſalis negatiua de conſimilibus ſubiectis prædicatis & copulis, ſupponentibus præciſe pro eodem uel pro eiſdem, ſunt contrariæ in fi-
Secunda gura. ut quilibet homo currit, nullus homo currit. Se
cunda regula eſt iſta. Particularis affirmatiua & particularis negatiua de conſimilibus ſubiectis prædicatis & copulis, ſupponentibus pręciſe pro eodem uel pro eiſdem ſunt ſubcontrariæ in figura. ut quidam homo B
Tertia currit, et quidā homo non currit. Tertia regula, uniuerſalis affirmatiua & particularis negatiua, uel uniuerſalis negatiua & particularis affirmatiua. de conſimilibus ſubiectis pędicatis et copulis, ſupponentibus
Quarta. pręciſe pro eodem uel pro eiſdem, ſunt contradictoriæ in figura: ut quilibet homo currit, et quidā homo non currit. nullus homo currit, & quidam homo currit.

Nota ꝙ ī multis exēplaribus non inueni in iſtis. 4. regulis uerbū et copulis ut cōiter legit cū poſito et non poſito ſp intellectualiter.

Quarta regula, uniuerſalis affirmatiua et particularis affirmatiua. & uniuerſalis negatiua & particularis C
negatiua. de conſimilibus ſubiectis prædicatis & copulis, ſupponentibus pręciſe pro eodem uel pro eiſdem ſunt ſubalternæ in figura, ut quilibet homo currit, & quidam homo currit. nullus homo currit, & quidā homo non currit. Ex pędictis ſequitur ꝙ illę non ſunt contrariæ. omnis homo currit, nullus homo currit. nec iſtę contradictoriæ. omnis homo currit, quidam homo non currit. nec iſtę ſubalternę. omnis homo currit, quidam homo currit. quia termini non ſupponunt pręD
ciſe pro eodem uel pro eiſdem. In una enim ſubiectum ſupponit pro utroq; ſexu. In alia uero pro maſculino tantum.

De natura propoſitionum. Cap. 9.

A SIcut quatuor regulis ſituantur propoſitiones in figura, ita quatuor alijs regulis ipſarum cognoſcitur lex ſeu natura. quarum prima eſt iſta. Non eſt poſſibile duo contraria eſſe ſimul uera: ſed ſimul falſa. Prima pars patet inductiue in omnibus, ſecunda probatur, quoniam iſta ſunt ſimul falſa. quilibet homo eſt albus, nullus homo eſt albus et iſta ſimiliter. omne animal eſt homo, nullum animal eſt homo. Secūda regula eſt iſta. non eſt poſſibile duo ſubcontraria eſſe ſi-
B mul falſa. ſed ſimul uera. Patet pars prima in ſingulis diſcurrendo. ſecunda probatur. quoniam iſta ſunt ſimul uera. aliquis homo eſt albus, aliquis homo nō eſt albus. & aliquod animal eſt homo. aliquod animal nō eſt homo. Tertia regula eſt iſta. Non eſt poſſibile duo contradictoria eſſe ſimul uera, uel ſimul falſa. patet iſta regula diſcurrendo per ſingula contradictoria.

Prima regula. Prototo hic. c. uide in lo. ma. a fo. 115. uſq; ad f. 122 et in tra. 7. huius. c. 2. Secunda Tertia

Quarta regula eſt iſta. Si uniuerſalis eſt uera, ſua par Quarta.
ticularis uel indefinita ſibi ſubalterna, eſt uera, ſed non
C econuerſo. Vnde ſi hęc eſſet uera. quilibet homo eſt albus, hæc ſimiliter eſſet uera. aliquis homo eſt albus. ſed non econuerſo: quia iam de facto hæc eſt uera. aliquis homo eſt albus, et non iſta, quilibet homo eſt albus. eodem modo dico de negatiuis.

De æquipollentijs. Cap. 10.

EQuipollentiarum tres ſunt regulę, quarum prima eſt iſta. Negatio præpoſita facit æquipollere ſuo contradictorio. unde non quilibet homo currit, æquiualet iſti. aliquis homo non currit. Et iſta, nō nullus homo currit, ęquiualet iſti. aliquis homo currit.

Secūda regula eſt iſta. Negatio poſtpoſita facit ęquipollere ſuo contrario. probatur. nam iſta, quilibet homo non currit. ęquipollet iſti, nullus homo currit. &

Prima regula. Vide ꝓ hiſ. in. 7. trac. huius. c. 3. et in lo. ma. a fo.

Digitized by Google

114. uſ- iſta, nullus homo non currit. ęquipollet iſti, quilibet
q; ad, f. homo currit. Tertia regula eſt iſta. Negatio præpo-
115. ſita & poſtpoſita facit ęquipollere ſuo ſubalterno. un- A
Tertia, de hæc non quilibet homo non currit. ęquipollet iſti,
aliquis homo currit. Et iſta, non nullus homo non cur
rit. ęquipollet iſti, aliquis homo non currit. Unde uer
ſus. Præ, contradic. poſt contra. præ, poſtq; ſubalter.

Hæc regula non ſolum deſeruit primæ uel ſecundæ figuræ: immo & tertiæ. Et uoco ibi negationem præpoſitam quando coniungitur modo, ſiue modus præcedat, ſiue ſequatur. & poſtpoſitam quando coniungitur uerbo infinitiui modi. B Exemplum primi. non poſſibile eſt ſor. currere, uel ſor. currere non eſt poſſibile. Exemplum ſecundi. poſſibile eſt ſor. non currere, uel ſor. non currere eſt poſſibile. Hæc ergo. non neceſſe eſt ſor. currere: ęquiualet iſti. contingens eſt ſor. non currere, per primam regulam. & hæc neceſſe eſt ſor. non currere. ęquiualet iſti. impoſſibile eſt ſor. currere, per ſecundam regulam. Et iſta, non neceſſe eſt ſor. non currere, ęquiualet huic, poſſibile eſt ſor. currere, per tertiam regulam. ita dicatur & de cæteris quibuſcunq;. C

De conuerſione. Cap. 11.

Diffinitio conuerſiõis. CONuerſio eſt tranſpoſitio ſubiecti in prædicatum: & econuerſo: ut homo eſt animal, animal eſt homo. Et hæc diuiditur in conuerſionem ſimplicem, per accidens, & per contrapoſitionem.

pro hoc uide in. 7. tract. huius. c. 4. & in lo. ma. a fol. 122. uſq; ad fol. 124.

Conuerſio ſimplex eſt tranſpoſitio ſubiecti in prædicatum, & econuerſo: manente eadem qualitate & quantitate: ut nullum animal currit, nullum currens eſt animal. Conuerſio per accidens eſt tranſpoſitio ſubiecti in prædicatum & econuerſo. D manente eadem qualitate: ſed mutata quantitate: ut omnis homo eſt animal, aliquod animal eſt homo. Conuerſio per

contrapoſitionem eſt tranſpoſitio ſubiecti in prædicatum, A & econuerſo, manente eadẽ qualitate et quantitate. ſed mutatis terminis finitis in terminos infinitos: ut quoddam animal non currit: quoddam non currẽs non eſt non animal. Ut autem ſciatur quæ propoſitionum his conuerſionibus conuertatur, ponuntur iſti uerſus. Feci, ſimpliciter conuertitur eua, per acci. Aſto, per contra, ſic fit conuerſio tota. In quibus ponuntur quatuor literæ uocales: a. e. i. o. A. ſignificat uniuerſalem affirmatiuam. E. uniuerſalem negatiuam. I. particularem uel indefinitam affirmatiuam. O particularem uel indefinitam negatiuam. Cum ergo dicitur B feci ſimpliciter. i. uniuerſalis negatiua & particularis affirmatiua cõuertunĩ ſimplr. Conuertiĩ eua p acci. i. uniuerſalis negatiua & uniuerſalis affirmatiua conuertuntur p accidens. Aſto, p contra. i. uniuerſalis affirmatiua & particularis uel indefinita negatiua conuertuntur per contrapoſitionem. Harum conuerſionũ ſimplex eſt utilior, quia uniuerſaliter ſi cõuerſa eſt ũa, conuertẽs eſt uera, et ecõuerſo. ſed non eſt ita in conuer- C ſione p accidens uel p contrapoſitionẽ, nam in cõuerſione p accidens conuerſa eſt falſa. ut oẽ animal eſt homo, & conuertens uera, uidelicet homo eſt animal. In cõuerſione uero p contrapoſitionẽ eſt conuerſa uera: et conuertens falſa. Nam hęc eſt uera, aliqua roſa non eſt ſubſtãtia, nulla roſa exiſtente. & tñ hęc eſt falſa, aliqua non ſubſtãtia non eſt non roſa: quia ſuum contradictoriũ eſt uerum. uidelicet omnis nõ ſubſtantia nõ eſt nõ roſa. Contra id quod dictum de cõuerſione ſimplici D arguiĩ Primo hęc eſt uera. nullus homo eſt mulier. & hęc eſt falſa, nulla mulier eſt homo. igitur regula falſa. Secundo hęc eſt uera. nullus cæcus uidet ens. & hęc eſt falſa. nullum ens uidet cæcum, ergo &c. Tertio,

Digitized by Google

hæc eſt uera.nullà domus eſt in homine,& hæc eſt fal-
ſa.nullus homo eſt in domo.ergo &c. Ad primum
dicitur,ꝙ illa non eſt ſua conuertens:ſed iſta,nulla mu
lier eſt aliquis homo.quia debet eſſe conſimlis limita-
tio in conuertente & in conuerſa. Ad ſecundum di-
co,ꝙ non ſit de ſubiecto prædicatum,quia non eſt pre
dicatum ly ens,ſed ly uidens ens,& ſic conuertitur.er
go nullum uidens ens eſt cæcum. Ad tertium dici-
tur ſimiliter,ꝙ illa non eſt conuertens eius,ſed iſta nul
lum ens in homine eſt domus. uel iſta , in nullo homi-
ne eſt domus.quia non debent termini mutare caſum.

De propoſitione hypo. Cap. 12.

Quid ſit propõ hypo.

PRopoſitio hypothetica eſt illa quæ habet plu-
res categoricas coniunctas per notam conditio-
nis,copulationis, diſiunctionis, uel alicui iſtarũ
ęquiuallentem.ut,tu es homo , & tu es animal. Tres
igitur ſunt ſpecies hypotheticarum non ęquiualentes
in ſignificando. uidelicet conditionalis,copulatiua,&
diſiunctiua. Alię uero,ut localis,cauſalis,& tempora-
lis non ſunt hypotheticæ: ſed categoricæ. Propoſi-
tio conditionalis eſt illa in qua coniunguntur plures
categoricæ per notam conditionis : ut,ſi tu es homo:
tu es animal.Propoſitionum conditionalium alia af-
firmatiua:alia negatiua. Propoſitio conditionalis af-
firmatiua eſt illa in qua affirmatur nota conditionis,
exemplum poſitum eſt,Conditionalis negatiua eſt il-
la in qua nota conditionis negatur.ut, non ſi tu es ho-
mo:tu es aſinus.Et hæc ſemper probatur per affirma-
Prima regula. Pa.19. princi.2. du.10. tiuam. Ad ueritatem conditionalis affirmatiuę re-
quiritur & ſufficit ꝙ oppoſitum conſequentis repu-
gnet antecedenti: ut,ſi tu es homo: tu es animal. Hæc
uera eſt:quia iſta repugnant. tu es homo : & tu non es
animal. Anteceděs uocatur illa propoſitio quæ imme-
diate

diate ſequitur notam conditionis.conſequens uero eſt
alia.ita ꝙ tu es homo:eſt antecedens & tu es animal.
eſt conſequens. Ad falſitatem conditionalis affir- Secũda
matiuę requiritur: & ſufficit quòd oppoſitum conſe-
quentis ſtet cum anteceděte:ut,ſi tu es homo:tu ſedes.
Hæc autem ſtant ſimul. tu es homo : & tu non ſedes.
ideo iſta conditionalis eſt falſa. De impoſſibilitate: Pau. ſo-
poſſibilitate:neceſſitate:& contingentia eiuſdem non phi. 18.
oportet dicere aliter : quia omnis conditionalis uera cor.2 9.
eſt neceſſaria: & omnis falſa eſt impoſſibilis . Nulla ĩ. ſophi.
autem eſt quæ ſit contingens. Iſtę regulæ dictę ſunt 47.2.
de conditionali denominata a ly ſi : & non a ly niſi.

De hypothetica copulatiua. Cap. 13.

COpulatiua eſt illa quę habet plures categoricas
per notam copulationis inuicem coniunctas:
ut,tu es homo et tu ſedes. Propoſitionum co
pulatiuarum alia affirmatiua alia negatiua. Affirma-
tiua eſt illa in qua nota copulationis affirmatur. Exē-
plum poſitum eſt . Negatiua uero eſt illa in qua nota
copulationis negatur.ut, non tu es homo & tu es aſi
nus. Et ſemper negatiua probatur per affirmatiuam.
Ad ueritatem copulatiuę affirmatiuæ requiritur Prima regula
quãlibet partem eſſe ueram,ut:tu es homo:& tu es ani
mal. Et ad falſitatem copulatiuæ affirmatiuę ſufficit
unam partem eſſe falſam.ut: tu es homo: & tu curris.
Ad poſſibilitatem copulatiuę requiritur quãlibet Secũda
partem eſſe poſſibilem & nullam alteri incompoſſibi
lem:exemplum primi.ut:tu es homo & tu curris. Sed
ad impoſſibilitatem eius ſufficit unam partem eſſe im
poſſibilem:aut unam alteri incompoſſibilem. exem-
plum primi:tu curris & tu es aſinus.exemplum ſecun
di:tu es & tu non es. Ad neceſſitatem copulatiuę re Tertia
quiritur quamlibet partem eſſe neceſſariam . ut homo
eſt animal & deus eſt.Et ad contingentiam ipſius ſuf-

Digitized by Google

ficit unam partem eſſe contingentem: alteram autem non impoſſibilem nec eidem incompoſſibilem, ut tu curris, & tu es homo, uel deus eſt & tu curris.

A

De hypothetica diſiunctiua. Cap. 14.

Diſiunctiua eſt illa in qua coniunguntur plures categoricę per notam diſiunctionis. ut tu es homo uel tu es aſinus. Propoſitionum diſiunctiuarum, alia affirmatiua, alia negatiua. Diſiunctiua affirmatiua eſt illa in qua affirmatur nota diſiunctionis, ut patuit. Negatiua uero eſt illa in qua nota diſiunctionis negatur. ut non tu es homo uel tu es capra, & hæc ſemper probatur per affirmatiuam. Nec eſſet negatiua niſi præponeretur negatio. ut tu non es aſinus, uel tu non es capra. affirmatiua eſt. quia nulla illarum negationum tranſit in notam diſiunctionis.

B

Prima regula. Ad ueritatem diſiunctiuę affirmatiuę ſufficit unam partem eſſe ueram. ut tu es homo, uel tu es aſinus. Et ad falſitatem eius requiritur quamlibet partem eſſe falſam. ut tu curris, uel nullus bacculus ſtat in angulo.

Secunda. Ad poſſibilitatem diſiunctiuę affirmatiuę ſufficit unam partē eſſe poſſibilem ut homo eſt aſinus, uel antichriſtus eſt. Sed ad impoſſibilitatem eius requiritur quamlibet partem eſſe impoſſibilem ut homo eſt aſinus, uel nullus deus eſt.

C

Tertia. Ad neceſſitatem diſiunctiuę affirmatiuę ſufficit unam partem eſſe neceſſariam uel inuicem contradici. Exemplum primi, deus eſt, uel ſortes mouetur. Exemplum ſecundi: tu es, uel tu non es. Et ad contingentiam eiuſdem requiritur quamlibet partem eſſe cōtingentem & nullam alteri repugnare, nec etiam contradictoria illarum. ut antichriſtus eſt albus, uel ipſe currit. Ponitur tertia particula quia hæc diſiunctiua eſt neceſſaria, tu non es homo, uel tu es animal. & tamen nulla pars alteri repugnat & quęlibet eſt contingēs. ſed hoc ideo quia cōtradictoria partium repugnant. ut tu es homo

D

A & tu nō es animal. uel dicatur & melius, ꝙ ad neceſſitatē diſiunctiuę requiritur & ſufficit copulatiuā factā de partibus contradictoriis eſſe impoſſibilē. Et ad contingentiā ꝙ copulatiua facta de ptibus oppoſitis ſit contingens. hæc. n. eſt neceſſaria, tu non curris, uel tu moueris. quia hęc copulatiua eſt impoſſibilis: tu curris et tu non moueris. Et hęc eſt contingēs: tu curris uel tu non moueris: quia hęc copulatiua eſt cōtingens: tu nō curris et tu moueris ſm regulas datas de copulatiuis.

De prædicabilibus. Cap. 15.

Prima diuiſio prędicabilis.

B Prędicabile dupliciter ſumitur. uidelicet cōiter, & proprie. Prædicabile cōiter ſumptū eſt terminus aptus natus de aliquo pdicari. et ſic tā terminus cōis ꝙ̄ ſingularis. tam complexus ꝙ̄ incomplexus dr̄ prędicabile. Sed proprie ſumendo ſic diffinitur. Prędicabile ē terminus uniuocus aptus natus de pluribus pdicari, et ſic nullus terminus ſingularis nec tranſcendēs. aut cōpoſitus dr̄ prędicabile ſeu vl'e qđ idem eſt: qa nullus talis eſt terminus uniuocus. (Vide tra. 7. huius i. ca. 6.) Vñ terminus uniuocus eſt terminus ſimplex plura ſignificans ſm unicā rōnem ſicut ly hō: qđ ſignat ſortem & Platonē (De his uide in prędicamētis ca. 1.)

C et oīa ſua ſignata ſm hanc rōnem aīal rōnale. Per hoc qđ dr̄, terminus ſimplex excludunt termini cōpoſiti. ſed ly plura ſignãs excludit terminū ſingularē, et ly ſm unicam rōnem, excludit terminū trāſcendentē, v3. ens, aliqđ, et hmōi. Terminus ęquiuocus eſt terminus ſimplex plura ſignãns ſecundū diuerſas rōnes ſicut ly canis, qđ ſignat canem latrabilē: ſidus cœleſte: et piſcem marinū. & hoc diuerſis rōnibus.

Secunda diuiſio prędicabilis.

Prędicabile ſecundo mō ſumptū diuiditur in quinq; vl'ia. v3. genus, ſpeciem drīam, proprium, & accidens. Genus ergo

D eſt terminus uniuocus prędicabilis. in qđ de pluribus differētibus ſpē, ut animal pdicatur de homine & de aſino qui differūt ſpē in eo qđ quid. qu a ad interroga

Digitized by Google

Diffinitio generis proq̄ uide ī p̄dicabilibꝰ ca. 2 a Porfirio.

tionē factam p̄ quid eſt hō uel aſinus. rñdetur q̄ eſt ani
mal. Genus diuidit̄. nam quoddam eſt genus gn̄aliſſi-
mū. & quoddā genus ſubalternū. Genus gn̄aliſſimum
eſt terminus q̄ ſic eſt genus quod nō pōt eē ſpēs. ut ſub- A
ſtantia. Genus ſubalternū eſt terminus q̄ ſic eſt genus
quod pōt eſſe ſpēs. ut animal. eſt.n. genus reſpectu ho-
minis: ſpēs uero reſpectu corpis. Spēs eſt terminus
uniuocus non ſupremus p̄dicabilis in q̄d de pluribus:

Diuiſio generis.

ut ly hō, prædicat̄ de ſorte et Platone in eo q̄d qd: quia
ad interrogationē factam p̄ quid, eſt ſortes uel Pla. rñ-

Diffinitio ſpēi.

det̄ q̄ eſt hō. Spēs diuiditur: quia quędā eſt ſpāliſſima
quędā ſubalterna. Spēs ſubalterna eſt terminus qui cū
ſit ſpēs pōt eſſe genus ut animal. Spēs ſpāliſſima eſt ter- B
minus qui cū ſit ſpēs non pōt eſſe genus, ut hō, uel ali
ter ſic. Spēs ſpāliſſima eſt terminus uniuocus p̄dicabi-
lis in quid de pluribus drn̄tibus numero ſolū. & notan
ter dr̄ ſolum: quia ly animal: non eſt ſpēs ſpāliſſima. et
tn̄ eſt terminus uniuocus p̄dicabilis in quid de pluri-
bus drn̄tibus numero: quia de ſorte & platone ſed nō
ſolū de drn̄tibus numero. quia ēt de differentibus ſpē,

Diffinitio drīe.

ut de hoīe et leone. Drīa eſt terminus uniuocus p̄di
cabilis de pluribus in quale eſſentiale. ut rōnale: quod C
prędicat̄ de ſorte et platone in eo q̄d quale quia ad in-
terrogationē factam p̄ qualis eſt ſortes, rñdetur q̄d eſt

De proprio.

rōnalis. Propriū eſt terminus uniuocus prędicabilis
de pluribus in eo quod quale accn̄tale conuertibiliter:
ut riſibile, quod prædicat̄ de ſorte et platone in eo q̄d
quale: quia ad interrogationē factam p̄ qualis eſt ſor-
tes uel plato, conuenienter rñdetur q̄ riſibilis. Et tota
ratio quare ſic prędicat̄ de illis eſt, quia eſt propria paſ

De accidente.

ſio illius termini hō cum quo ꝯuertitur. Accidēs eſt
terminus uniuocus prędicabilis de pluribus ī eo quod D
quale accidentale non conuertibiliter, ſicut ly album,
quod prædicatur de homine in eo q̄d quale accidenta

le: quia ad interrogationem factam p̄ qualis eſt hō uel
aſinus pōt ꝯuenienter reſponderi q̄d albus, et hoc non
A conuertibiliter. quia non ꝯuertitur ly albū, cū aliquo il


Sufficiētia prædica.

loꝝ. Sufficientia p̄dicabilium hr̄ iſto mō. quia oē uni
uerſale aut eſt prędicabile eſſentialiter: aut accn̄taliter,
Si eſſentialiter, aut in quid, aut in quale. Si in quale, il-
lud eſt drīa. Si in quid, aut de pluribus drn̄tibus ſpecie
& illud eſt genus, aut de pluribus differentibus nume
ro ſolū, & illud eſt ſpecies. Si uero eſt prædicabile acci
dētaliter. aut ergo in quale accidētale conuertibiliter,
& illud eſt proprium, uel in quale accidentale non con
B uertibiliter & illud eſt accidens. Ex prędictis poteſt

Colligitur hæc ī an̄prędicamē. c.4. & ī prædicabilibus. c.3.

intelligi quæ ſit prædicatio directa uel indirecta, eſſen
tialis uel accidentalis. Prędicatio directa eſt illa in qua
ſuperius prædicatur de ſuo inferiori. ut homo eſt ani-
mal. Prædicatio indirecta ē illa in qua inferius prædi
catur de ſuo ſuperiori. ut animal eſt hō. Prædicatio
eſſentialis eſt illa in qua ſupius prędicatur de inferio-
ri uel econuerſo ſ̄m quod dictū eſt. uel drīa de aliq̄ ſuo
C indiuiduo uel aliq̄ illoꝝ. Sed prędicatio accn̄talis eſt il
la in q̄ proprium uel accn̄s prędicat̄ de gn̄e, ſpē, et drīa,
uel ſuo indiuiduo, aut ecōuerſo. Exemplū primi, ut hō
eſt riſibilis, uel aīal eſt album. Exēplum ſecundi. ut ri-
ſibile eſt hō, album eſt animal. & ꝯſimiliter de drīa et
indiuiduo dicat̄. Vel melius dicatur q̄ p̄dicatio eſſen-
tialis eſt prędicatio terminoꝝ eiuſdem prędicamenti,
ut hō eſt animal. Prædicatio aūt accidentalis eſt prędi
catio terminoꝝ diuerſoꝝ prædicamentoꝝ, ut hō eſt al-
bus. Terminus ſuperior ad reliquum dr̄ eſſe ille q̄ cō
tinet illum & non econuerſo, ſicut ly animal, reſpectu
D iſtius termini homo, quia ſignificat quicquid ille, &
cum hoc aliquid ultra. Terminus inferior ad reliquum
dicitur eſſe ille qui continetur ab eo. & non econuerſo,
ut ly ſortes, reſpectu iſtius termini homo.

Digitized by Google



De prædicamentis. Cap. 16.

A PRædicamentum eſt coordinatio plurium termi norum ſecundum ſub & ſupra & diuiditur in decem prædicamenta.

Quorum primum eſt p̄ntum ſubſtātiæ,cuius gn̄a- Præd. ſu
liſſimū eſt hic terminus ſubſtātia,ſub q̄ ponitur hic ter bſtātiæ.
minus corpus:ſub cope uiuens:ſub uiuēte, animal,ſub animali,ſpecies ſpecialiſſima homo, uel aſinus,& ſub iſtis ſua īdiuidua,ſortes,et plato,brunellus,et fauellus.

Secundum p̄dicamentū eſt prędicamentū q̄titatis, Quanti-
Cuius generaliſſimū eſt q̄titas:ſub q̄ ſunt duo genera tatis.
B ſubalterna,quorum nullum eſt ſupius ad reliquū.vt.con tinuum,& diſcretum. Primi gn̄is eſt ꝗ ſunt ſpēs, linea, ſuperficies,corpus,tempus,& locus.quarum hæc ſunt indiuidua:hæc linea, hæc ſuperficies, hoc corpus, hoc tempus,hic locus.Secundi generis infinitę ſunt species ſcilicet binarius, trinarius, quaternarius &c. indiui- dua uero ſunt: hic binarius, hic trinarius &c.

Tertium p̄ntum eſt prędicamentū qualitatis:cuius Qualita
C gn̄aliſſimum eſt q̄litas.ſub quo ſunt quatuor genera ſu tis.
balterna:non ſe hn̄tia ſm ſub & ſupra.Primum eſt ha bitus,uel diſpoſitio.Secundū eſt:naturalis potētia, uel impotentia. Tertium eſt paſſio uel paſſibilis qualitas. Quartum eſt forma,uel circa aliquid conſtans figura. Primi generis ſpecies ſunt grammatica,logica: & rhe- torica:quarum indiuidua ſunt hæc grammatica, hæc logica,hæc rhetorica.Secundi generis ſpecies ſunt du- rum,et molle:quarum indiuidua ſunt hoc durum, hoc molle.Tertii generis ſpecies ſunt dulcedo,amaritudo, album, nigrum, calidum & frigidum, humidum
D & ſiccum, quarum indiuidua ſunt,hæc dulcedo, hæc amaritudo,hoc albū,hoc nigrum,& huiuſmodi.Quar ti generis ſpecies ſunt circulus, triangulus, quadran-

Digitized by Google

gulus, & huiuſmodi. quarum indiuidua ſunt, hic circulus, hic triangulus, hic quadrangulus.

Relationis. Quartum prædicamentum eſt prædicamentum relationis. A Cuius generaliſſimum eſt, relatio, uel ad aliquid, ſub quo tria genera ſubalterna non ſe habentia ſecundum ſub & ſupra. Primum eſt, equiparatio. Secundum eſt, ſuperpoſitio. Tertium eſt, ſuppoſitio. Primi generi ſpecies ſunt uicinus, equale, & ſimile. quarum indiuidua ſunt hic uicinus, hoc equale & hoc ſimile. Secundi generis ſpecies ſunt, pater, dominus, & magiſter. quorũ indiuidua ſunt, hic pater, hic dñs, et hic magr̃. Tertij generis ſpẽs ſunt, filius, ſeruus diſcipulus. quarũ indiuidua ſunt, hic filius, hic ſeruus, hic diſcipulus. B

Actiõis. Quintum prædicamentum eſt prędicamentum actionis, cuius genera ſubalterna ſunt ſex: quorum nullũ eſt ſuperius ad reliquum. uidelicet generare, corrumpere, augere, diminuere, alterare, & ſecundum locum mouere. Primi & ſecundi generis ſpecies ſunt generare hominem & corrumpere equum, quarum indiuidua ſunt ſic generare hominem: ſic corrumpere equum. Tertij & quarti generis ſpecies ſunt, augere in longum diminuere in latum: C quorum indiuidua ſunt, ſic augere in longum, ſic diminuere in latum. Quinti generis ſpecies ſunt calefacere, & frigefacere. quarum indiuidua ſunt ſic calefacere, ſic frigefacere. Sexti generis ſpecies ſunt mouere ſurſum, mouere deorſum. quarum indiuidua ſunt. ſic mouere ſurſum, ſic mouere deorſum.

Paſſiõis. Sextum prædicamentum eſt prædicamentum paſſionis cuius generaliſſimum eſt paſſio. Et habet ſimiliter ſex genera ſubalterna non ſe habentia ſecundum ſub & ſupra. uidelicet generari, corrumpi, augeri, diminui, alterari, & ſecundum locum moueri. D Primi & ſecundi generis ſpecies ſunt hominem generari, equum

corrumpi. quarum indiuidua ſunt: iſtum hominem generari, iſtum equum corrumpi. A Tertij & quarti generis ſpecies ſunt augeri in longum, diminui in latum. quarum indiuidua ſunt, ſic augeri in longum, ſic diminui in latum. Quinti generis ſpẽs ſunt, calefieri, et frigefieri. quaꝝ indiuidua ſunt ſic calefieri ſic frigefieri. Sexti gñis ſpẽs ſunt, moueri ſurſum, moueri deorſum. quaꝝ indiuidua ſunt, ſic moueri ſurſum, ſic moueri deorſum.

Vbi. Septimum prædicamentum eſt prędicamentũ, ubi, cuius generaliſſimum eſt, ubi, ſub quo ſunt hæc genera ſubalterna, in loco, in ſpatio. quorum ſpecies ſunt, in domo, in platea, ſub quibus ſunt indiuidua, in hac domo, B in hac platea, hic, uel ibi.

Quãdo. Octauum prædicamentum eſt prædicamentum. quando cuius generaliſſimum eſt, quando, ſub quo ſunt genera ſubalterna. uidelicet in tempore, in euo, in eternitate. quorum ſpecies ſunt heri, hodie, cras. Et indiuidua. ut tunc. uel in illo die, uel in illo inſtanti.

Situs. Nonum prędicamentum eſt prędicamentum ſitus, cuius generaliſſimum eſt, ſitus, uel poſitio. ſub quo ſunt ſpecies. uidelicet ſtare, iacere, ſedere. quarum C indiuidua ſunt, ſic ſtare, ſic ſedere, ſic iacere.

Habit⁹. Decimum prædicamentum eſt prædicamentum, habitus, cuius generaliſſimum eſt, habitus, ſub quo ſunt ſpecies anulus, et corona armatum eſſe, calciatum eſſe. quarum indiuidua ſunt, hic anulus, hæc corona, ſic armatum eſſe, ſic calciatum eſſe. Iuxta prædicta

Nota. eſt notandum quòd in quocunq; prædicamento ponitur concretum in eodem ponitur ſuum abſtractum, & econuerſo. Ita quòd in eodem prædicamento ponitur homo, in quo humanitas. & in eodem albedo, in D quo album. & econuerſo.

Digitized by Google


Diffinitio ſyllo. p q̃ uide pri. prio rũ.c.i.& i lo. ma. fol. 172. col.i.

De ſyllogiſmis. Cap. 17.

SYllogiſmus eſt oratio in qua quibuſdam poſitis A
& conceſſis neceſſe eſt aliud euenire p ea quę poſi
ta ſunt & conceſſa.ut omnis homo currit, ſor. eſt
homo.ergo ſor.currit. Et ſciendũ eſt primo q omnis
ſyl ogiſmus conſtat ex tribus terminis.ſ.maiori extre
mitate:minori extremitate:& medio termino. Vnde
medius terminus eſt ille qui bis ſumitur ante cõcluſio
nem & non ingreditur concluſionem:ut homo. Maior
extremitas eſt ille terminus qui ſumitur in maiori pro B
poſitione cum medio termino.ut currens. Minor extre
mitas eſt ille terminus qui ſumitur in minori propoſi
ſitione cum medio termino. ut ſor. Secundo eſt no
tandum q figura eſt debita diſpoſitio terminorum q̃
diſpoſitio tripliciter fit. Nam aut illud quod ſubijcitur
in prima propoſitione, prędicatur in ſecunda, et ſic re
ſultat prima figura. Aut idẽ prędicatur utrobiq;, et ſic
ordinatur ſecũda figura. Vel idem ſubiicitur in utraq;
& ſic habetur tertia figura. Exemplum primæ figuræ:
omnie animal eſt ſubſtantia omnis homo eſt animal, C
ergo omnis homo eſt ſubſtantia.

De prima figu. uide pri. prio.c.6. &.7. de ſcda in ca. 8.et.9.et de tertia in ca.10. et 11.eiuſ dem.

Maior extre. ſubſtantia | Medius terminus. animal | Minor extre. homo. C



Exemplum ſecundæ figuræ: nullus lapis eſt homo;
omne riſibile eſt homo, ergo nullum riſibile eſt lapis. A

Exemplum ſecundæ figuræ
medius terminus
homo.



lapis maior extre. | riſibile. minor extre.

Exemplum tertiæ figurę:omnis homo eſt animal, om
nis homo eſt rationalis. ergo quoddam rationale eſt D
animal. Vnde uerſus.
Sub præ prima:bis præ ſecunda,tertia bis ſub.

Digitized by Google

Exemplum tertiæ figuræ.



Tertio eſt notandum ꝙ quædam eſt concluſio directa quædam indirecta. concluſio directa eſt illa in qua maior extremitas prædicatur de minori in concluſione exempla data ſunt. Concluſio indirecta eſt illa in qua minor extremitas prædicatur de maiori in concluſione, ut omnis homo eſt animal, ſor. eſt homo ergo aliquod animal eſt ſor. Quarto eſt notandum ꝙ omnium iſtarum figurarum ſunt decem et nouem modi quibus ſyllogizatur in illis. quorum nouem pertinent ad primam figuram. quatuor ad ſecundam. et ſex ad tertiam. et inſeruntur in iſtis uerſibus.

Barbara, celarent, darii, ferio, baralipton.
Celantes, dabitis, ſapeſmo, friſeſomorum.
Cæſare, cameſtres, feſtino, barocho, darapti.
Felapton, diſamis, datiſi, brocardo: ferifon.

Et hi omnes concludunt directe præter quinq; ultimos primæ figuræ.

A ; In his nominibus ponuntur quatuor literæ uocales ſcilicet. a. e. i. o. prima ſignificat uniuerſalem affirmatiuam. ſecunda uniuerſalem negatiuam tertia particularem indefinitam, aut ſingularem affirmatiuam. quarta particularem indefinitam, uel ſingularem negatiuã. ſecundum ergo ſitum iſtarum literarum in modo debet conſtitui ſyllogiſmus. quia ergo in barbara ter ponitur, a. ideo quęlibet propoſitio in modo illo erit uni-
B uerſalis affirmatiua. Et quia in, celarent, primo ponitur. e. ſecundo. a. & iterum tertio. e. ideo illius modi prima propoſitio & tertia erit uniuerſalis negatiua ſecunda uero uniuerſalis affirmatiua. Si ergo quęratur, barbara, ex quibus conſtat. dicatur ꝙ ex duabus uniuerſalibus affirmatiuis uniuerſalem affirmatiuam directe concludentibus. Cælarent, uero ex uniuerſali negatiua & uniuerſali affirmatiua uniuerſalem negatiuam directe concludentibus. & ita de ſingulis dicatur.

C Quinto eſt notandum ꝙ primę quatuor dictiones primi uerſus incipiunt ab his conſonantibus. b. c. d. f. et ſimiliter omnes dictiones ſequentes. & per hoc intelligitur ꝙ omnes modi inchoantes a b. debent reduci ad primum primæ. & omnes modi inchoantes a. c. ad ſecundum. & per. d. ad tertium. & per. f. ad quartum. Item ubicunq; ponitur. s. in his dictionibus denotatur ꝙ propoſitio intellecta per uocalem immediate præcedentem debet conuerti ſimpliciter. & per. p. debet conuerti per accidens. & per. m. ꝙ fiat transpoſitio in præmiſſis. ita ꝙ maior fiat minor, & econuerſo. & per c. ꝙ reducatur per impoſſibile. Exemplum trium pri-
D morum habetur reducendo ſapeſmo ad ferio. ut omnis homo eſt animal, nullus lapis eſt homo. ergo quoddã

Vide Pau. ſophi. 8 in cor. ſophi. 9. 2. ſoph. 41 cõ. 2. ſo. 20. princi. 3. du. c. 4. cor. i. & 43. pri. eiuſdem.

Digitized by Google

animal non eſt lapis.dicatur ergo ſic, nullus homo eſt lapis,quoddam animal eſt homo.ergo quoddam animal non eſt lapis. Iſta reductio habetur conuertendo maiorem primi ſyllogiſmi per accidens. & minorem ſimpliciter.quibus conuerſionibus factis tranſponantur præmiſſe.& ita de alijs dicatur. Qualiter autem modus in quo ponitur, c. reducatur per impoſſibile oſtenditur. Nam in iſtis modis ſolummodo inſeritur. c.uidelicet in barocho,& in brocardo,ideo ſolum iſti modi reducuntur ad barbara,per impoſſibile. Exemplum primi, omnis homo eſt animal aliquis lapis nō eſt animal.ergo aliquis lapis non eſt homo. reducitur namq; ad barbara, per impoſſibile ſumendo contradictorium concluſionis cum maiori,& inferendo oppoſitum minoris. ut omnis homo eſt animal, omnis lapis eſt homo. ergo omnis lapis eſt animal. Exemplum ſecundi modi. ut quidam homo non eſt lapis, omnis homo eſt animal. ergo quoddam animal non eſt lapis. Reducitur namq; ad barbara, ſumendo contradictorium concluſionis cum minori,& inferendo oppoſitum alterius præmiſſę: ſcilicet maioris, ut omne animal eſt lapis,omnis homo eſt animal.ergo omnis homo eſt lapis. Vnde uerſus.

S ſimpliciter uerti uul..s.p.uero per acci.
M uult traſponi.c.per impoſſibile duci.

Ex prædictis ſequitur, quòd nullus ſyllogiſmus conſiat ex omnibus particularibus, nec ex omnibus negatiuis. Et ſi altera præmiſſarum fuerit particularis uel negatiua: & concluſio ſimiliter erit particularis uel negatiua. Et hæc de ſyllogiſmis dicta ſufficiant.

Explicit Primus Tractatus qui ſummularum dicitur.
Incipit ſecundus qui ſuppoſitionum dicitur.

De diffinitione ſuppoſitionis & de diuiſione eiuſdem. Cap. primum.

A

SVppoſitio eſt acceptio termini in propoſitione pro aliquo uel pro aliquibus. Exemplum primi: tu es. Exemplum ſecundi..ego & tu ſumus. In prima ſupponit ſolum pro aliquo. in ſecunda pro aliquibus. Et notanter dicitur in propoſitione, quia extra propoſitionem non ſupponit terminus, licet ſignificet. unde ly homo, ita ſignificat extra propoſitionem ſicut intra. Nunquam tamen ſupponit niſi exiſtat pars propoſitionis.

Vide Paul. in lo. ma. f. 16. col. i.

B Suppoſitio diuiditur quoniam aliqua ſuppoſitio eſt materialis, & aliqua eſt ſuppoſitio perſonalis. Suppoſitio materialis, eſt acceptio termini in propoſitione pro ſuo materiali ſignificato. ut homo eſt nomen: patet quòd ly homo, non ſupponit niſi pro ſe uel pro ſibi conſimili quæ ſunt ſignificata materialia iſtius termini homo.

Diuiſio ſuppoſitionis.

C Suppoſitio perſonalis eſt acceptio termini in propoſitione pro ſuo formali ſignificato: ut homo eſt animal. patet quòd ly homo, ſupponit pro ſor. uel pro pla. qui ſunt ſignificata formalia iſtius termini homo. Ad euidentiam autem iſtarum diffinitionum eſt notandum: quòd differentia eſt inter ſignificatum formale & materiale alicuius termini. Nam ſignificatum formale alicuius termini eſt illud quod ille terminus ſignificat. & de eodem ac pro eodem eſt uerificabilis affirmatiue ſine additamento ſigni materialitatis, ſicut

Notā.

D ſor. uel plato eſt ſignificatum formale iſtius termini homo: quia de ſorte & platone uerificatur affirmatiue ly homo, ſine additamento ſigni materialitatis. quia quælibet iſtarum eſt uera. ſor. eſt hō, et plato eſt homo.

Digitized by Google

Sed ſignificatum materiale alicuius termini eſt illud
quod ille terminus ſignificat pro quo non eſt uerifica-
bilis affirmatiuę ſiue additamento ſigni materialita-
tis. ſicut ille terminus homo & quilibet ſibi conſimi-
lis eſt ſignificatum materiale eiuſdem termini homo,
quia ſeipſum ſignificat et quemlibet ſibi conſimilem,
tamen pro nullo tali eſt uerificabilis ſine additamen-
to ſigni materialitatis, quia hæc eſt falſa. ille terminus
homo, eſt homo, ſed hæc eſt uera. iſtę terminus homo
eſt ly homo. Vel dicatur & breuius q ſignificatum
formale alicuius termini, eſt illud de cuius pronomine
demonſtrante uerificabilis eſt talis terminus affirma-
tiuę ſine additamento ſigni materialitatis. ut ſor. eſt ſi-
gnificatum formale illius termini homo, quia hæc eſt
uera. hoc eſt homo. demonſtrando ſor. Sed ſignificatũ
materiale alicuius termini eſt illud, de cuius pronomi-
ne demonſtrante non eſt talis terminus uerificabilis
affirmatiuę, niſi mediante ſigno materialitatis. ſicut
iſtę terminus homo, eſt ſignificatum materiale eiuſdẽ.
quia hæc non eſt uera. hoc eſt homo, demonſtran-
do illum terminum homo, ſed hæc bene eſt uera. hoc
Primus correl. eſt ly homo, demonſtrando eundem. Ex quibus ſe-
quitur primo, q quilibet terminus qui non eſt de ſeip
ſo uerificabilis, niſi mediante ſigno materialitatis ha-
bet duplex ſignificatum. uidelicet materiale, et forma
le. ſicut illi termini homo, animal, lapis, lignum, &
huiuſmodi. Significat enim ly homo: ſor. formaliter,
Secundus correl. & ſeipſum aut ſibi conſimilem materialiter. Secun
do ſequitur q quilibet terminus qui eſt de ſeipſo uerifi
cabilis ſine tali ſigno habet unum ſolum ſignificatũ.
& illud eſt formale, et formaliter ſe ſignificat. ſicut iſti D
termini ens, aliquid, nomen, terminus, & huiuſmodi.
Nã ſicut illa eſt uera ens eſt ens. ita iſta, ly ens eſt ens.

Et ſicut illa eſt uera: nomen eſt nomen, ita iſta ly no-
A men eſt nomen. Tertio ſequitur. q ſicut aliquis ter- Tertium
minus primæ intentionis uel impoſitionis habet, ſi-
gnificatum formale ſolummodo: & aliquis materiale
& formale. ita aliquis terminus ſecundæ intentionis
uel impoſitionis habet ſignificatum formale ſolum-
modo & aliquis utrunq;. Prima pars eſt oſtenſa. quo-
niam tam ly homo, q; ly ens, eſt terminus primæ in-
tentionis uel impoſitionis. & tamen ly homo, habet
utrunq; ſignificatum. & ly ens formale ſolummodo.
Secunda pars probatur. Nam ly nomen, et ly propoſi
B tio, ſunt termini ſecundæ intentionis uel impoſitionis.
& ly nomen hʒ ſignãtum formale ſolummodo, quia
hęc eſt uera ly nomen eſt nomen. & ly propoſitio, hʒ
utrũq; quia hęc non eſt uera. licet propõ eſt ppoõ, ſed
bene quęlibet iſtarum. propoſitio affirmatiua eſt pro-
poſitio propoſitio negatiua eſt propoſitio. Similiter
iſtę terminus ſyllogiſmus habet utrunq; ſignificatum
quia hæc non eſt uera. ly ſyllogiſmus, eſt ſyllogiſmus,
ſed bene quęlibet iſtarum. a, eſt ſyllogiſmus. & b. eſt
ſyllogiſmus. dato q. a. ſit ſyllogiſmus primæ figuræ.
C & b. ſecundæ. Quarto ſequitur, q ſicut aliquis ter- Quartũ.
minus primæ intentionis uel impoſitionis poteſt ſup-
ponere materialiter, & aliquis perſonaliter ita aliquis
terminus ſecundæ intentionis uel impoſitionis poteſt
ſupponere perſonaliter, & aliquis materialiter. prima
pars eſt oſtenſa & ſecunda probatur. nam dicendo, no
men eſt terminus. ly nomen, ſupponit perſonaliter,
quia pro ſuo perſonaliter ſignificato. Et ita dicendo,
propoſitio uel ſyllogiſmus eſt oratio. ſed dicendo pro-
D poſitio eſt terminus ſimplex. ſyllogiſmus eſt nomen,
tam ly propoſitio quàm ly ſyllogiſmus ſupponit ma
terialiter pro ſuo materiali ſignificato &c.

Digitized by Google

De cognitione terminorum quando ſupponunt ma terial ter & quando perſonaliter. Cap. 2.

VT autem cognoſcatur quando termini mate- rialiter ſupponunt & quando perſonaliter: ſpe ciales regulæ declarantur quarum prima eſt A
Prima regula de hoc uide in lo. ma. a ſo. 16. uſq; ad ſo. 18. — iſta Omnis terminus ſolum habens ſignificatum for- male eſt ſolummodo perſonaliter ſupponibilis. patet quia talis nũquam ſupponit niſi pro ſuo formali ſigni- ficato uerbi gratia de terminis primæ intentionis uel impoſitionis. ut ens, aliquid, & huiuſmodi. Exẽplum de terminis ſecundæ intentionis uel impoſitionis, ut terminus, nomen, & huiuſmodi. Secunda regula eſt iſta. Omnis terminus utrunq; habens ſignificatum ſi B
Secũda — ſibi additur ſignum materialitatis in propoſitione ſo- lummodo materialiter ſupponit patet: quia non ſuppo nit niſi pro ſuo materiali ſignificato ratione ſigni ma- terialitatis. Exemplum de terminis primæ intentio- nis uel impoſitionis. ut ly homo, eſt, ly homo, ly ani- mal, eſt ly animal, tam ly homo, quàm ly animal, ſtat. materialiter. Exemplum de terminis ſecundæ intentio nis uel impoſitiõis. ut ly propoſitio, eſt ly propoſitio, ly ſyllogiſmus, eſt ly ſyllogiſmus, tã ly propoſitio, q̃ C
ly ſyllogiſmus ſupponit materialiter. quia pro ſuo ma teriali ſignificato Signa materialitatis ſunt iſta: ly, iſte
Tertia — terminus, iſta propoſitio, iſta oratio, & huiuſmodi. ſed potiſſimum eſt iſta uox ly. Tertia regula eſt iſta. Cuiuſcunq; propoſitionis extrema ſunt termini pri- mæ intentionis uel impoſitionis quibus non additur ſignum materialitatis tam ſubiectum quàm prædica- tum ſupponit perſonaliter. ut homo eſt animal, ſor. cur rit. Et notanter dicitur ſi non additur ſignum materia litatis: quia addito illo ſupponeret ibi terminus mate- D
Quar. — rialiter: per ſecũdam regulam. Quarta regula eſt iſta.

cuiuſcunq; propoſitionis extrema ſunt termini ſecun- A dæ intentionis uel impoſitionis, quorum ſubiectum habet ſolum ſignificatũ formale & prędicatum utrun que: tam ſubiectum quàm prædicatum ſupponit perſo naliter ſi prædicato non additur ſignum materialita- tis. uerbi grã ſignum eſt propoſitio: terminus eſt ſyllo giſmus. Quinta regula eſt iſta. Si extrema ſunt ter — Quinta.
mini ſecundę intentionis uel impoſitionis & ſubiectũ habeat utrunq; ſignificatũ: p̃tum uero ſimiliter utrun- que uel ſolum formalem: non datur regula generalis. quoniam interdum ſupponit quilibet illorum perſona liter: interdum alter materialiter. uerbi gratia dicendo
B propoſitio eſt oratio: ambo extrema habẽt utrunq; ſi- gnificatum & ambo perſonaliter ſupponunt. Item ſi dicitur propoſitio eſt ſignum. ſubiectum habet utrun- que ſignificatum, & prædicatum ſolum unum. ſ. for- male, & utrunq; perſonaliter ſupponit. Sed ſi dicitur propoſitio eſt nomen: ſubiectum habet utrunq; ſigni- ficatum & prędicatum ſolum formale: & tamen ſubie ctum ſupponit materialiter. quia aliter non foret pro- poſitio uera. Item ſi dicitur propoſitio eſt terminus in-
C complexus: utrunq; extremum habet utrunq; ſignifi- catum. & tamẽ ſubiectum ſupponit materialiter. quia aliter propoſitio eſſet falſa. Sexta regula eſt iſta. Cu — Sexta.
iuſcunq; propoſitionis p̃dicatum eſt terminus primæ intentionis uel impoſitionis: et ſubiectũ ſecundę: dedu cto impedimẽto ſigni materialitatis, tã ſubiectum q̃ p̃dicatum ſupponit perſonaliter. ut ſpẽs eſt homo, ali- qd̃ genus eſt animal. Septima regula eſt iſta. Cuiuſ — Septia.
cũq; p̃põnis ſubiectũ eſt terminus primę intentionis
D uel impoſitionis non ſigñans formaliter ſe: & p̃dicatũ ſecundę deducto impedimento ſigni limitantis: ſubie- ctũ ſupponit materialiter et prędicatum p̃ſonaliter. ut

Digitized by Google

homo eſt nomen. Petrus eſt nominatiui caſus. Et no-
tanter dicitur non ſignificans formaliter ſe. quia ſi ter
minus aliquis ſignificaret ſe formaliter, perſonaliter
ſupponeret per primam regulam, ut ens eſt terminus A
tranſcendens. Item dicitur, ſine impedimento ſigni
limitantis quia ſignum uniuerſale uel particulare eiuſ
dem generis limitat ad ſuppoſitionem perſonalem. ut
aliquis homo eſt ſpecies. uel nullum animal eſt genus,
tam ly homo quàm ly animal, ſtat perſonaliter pro-
pter limitationem ſigni. Ex quo ſequitur ꝙ ſubalterna
illius. homo eſt ſpecies, non eſt illa omnis homo eſt
ſpecies. nec particularis eſt illa. aliquis homo ē ſpecies.
ſed iſta aliquod homo eſt ſpecies, nec ſingularis eius B
eſt aliqua iſtarum, iſte homo eſt ſpecies, iſte, homo eſt
Vide ſpecies ſed iſta, hoc homo eſt ſpecies. Item contradicto
8. tracta. rium illius, homo eſt ſpecies. non eſt illud nihil quod
h9 ca. 3. eſt homo eſt ſpecies. aut nullus homo eſt ſpecies. quia
tunc duo cõtradictoria forent ſimul uera. ſed iſtud nul-
lum homo eſt ſpecies. nec ſubcontrarium eius eſt. ali-
quis homo non eſt ſpecies, ſeu aliquid quod eſt homo
non eſt ſpecies, ſed iſtud aliquod homo nõ eſt ſpecies.
Ratio autem quare aliquę iſtarum ſituantur in figura C
& alique non: eſt quia in aliquibus ſeruatur eadem
ſuppoſitio & in aliquibus non. unde omnes propoſi-
tiones exiſtentes in figura debent habere conſimilem
Petitio. generalem ſuppoſitionem. Et ſi dicitur quare ſuppo
Rñſio. ſitio materialis requirit ſigna neutri generis. Dici-
tur quòd ideo quia omnis terminus materialiter ſup-
ponens eſt neutri generis & indeclinabile nomen ſe-
Corolla cundum grammaticos. Ex ultima & penultima re
ria. gulis ſequitur ꝙ iſta non eſt bona conuerſio. homo eſt D
ſpecies, ſpecies eſt homo: quia ly homo, in prima ſup-
ponit materialiter, in ſecunda perſonaliter. ſed ſic con-

uertitur ſimpliciter: ſpecies eſt ly homo, nec illa eſt bo-
na conuerſio per accidens nullum nomen eſt homo. er
go homo non eſt nomen, ſed ſequitur: igitur aliquid
A quod eſt homo non eſt nomen.

De ſuppoſitione materiali & de diuiſioni-
bus eiuſdem. Cap. 3.

MAterialis ſuppoſitio plures continet diuiſio- Prima
nes. quarum prima eſt iſta. Suppoſitionum diuiſio.
materialium, alia diſcreta, alia communis. Suppõis
Suppoſitio materialis diſcreta eſt acceptio termini ma materia-
terialiter ſupponentis cum pronomine demonſtrati- lis.
uo, ut hoc homo eſt ſpecies, ille terminus animal, eſt
B genus. Suppoſitio materialis communis eſt acceptio
termini materialiter ſupponentis ſine pronomine de-
monſtratiuo: ut homo eſt nominatiui caſus. Petrus eſt
nomen proprium. unde ly Petrus, perſonaliter ſum-
ptum, eſt terminus diſcretus & nomen proprium. ſed
materialiter eſt terminus communis prædicabilis de
pluribus. uidelicet de illo termino, Petrus in mente, et
de iſto in ſcripto. & de illo in uoce. Similiter dicendo:
tu eſt pronomen demonſtratiuum ſubiectum huius
non eſt pronomen: ſed nomen indeclinabiliter ſum-
C ptum habens ſimiliter plura ſuppoſita. Secunda di- Secunda
uiſio eſt iſta. Suppoſitionum materialium commu-
nium, alia determinata alia confuſa. Suppoſitio mate-
rialis determinata eſt acceptio termini materialiter
ſupponentis ſub quo contingit deſcendere ad omnia
eius ſuppoſita. diſiunctiue, ut homo eſt terminus com-
munis: & iſti ſunt omnes termini homo. ergo hoc ho-
mo, eſt terminus communis, uel hoc homo, eſt termi-
nus communis: & ſic de ſingulis. Ex quo ſequitur
D ꝙ iſta propoſitio eſt uera. Homo non eſt nominatiui
caſus ſicut iſta. Homo eſt nominatiui caſus: quia ſunt

Digitized by Google

duæ indefinitæ ſubcontrariæ, in quarum prima uerificatur ſubiectum pro illo termino homo, qui eſt datiui uel accuſatiui caſus materialiter ſumpto in alia pro ſimili qui eſt nominatiui caſus. Et ita conceditur quòd Amo, eſt uerbum, & quòd Amo, non eſt uerbum. Legens eſt participium, & legens non eſt participium. Tu, eſt pronomen demonſtratiuum, & Tu non eſt pronomen demonſtratiuum. Nec ſunt iſtę contradictorię: ſed ſubcontrarię, ideo non concedo quòd Amo, eſt uerbum, & nullum Amo, eſt uerbum. Tu, eſt pronomen: & nullum tu, eſt pronomen: quia ſunt contradictoriæ. Suppoſitio materialis confuſa eſt acceptio termini materialiter communiter ſupponentis ſub quo non contingit deſcendere ad omnia ſua ſupponentia diſiunctiuę. ut tantum homo eſt nomen. & iſti ſunt omnes termini homo, ergo tantum hoc homo eſt nomen, uel tantum hoc eſt nomen, & ſic de ſingulis: quia in caſu antecedens eſt uerum & conſequens eſt falſum. Tertia diuiſio eſt iſta. Suppoſitionum materialium confuſarum: quædam eſt confuſa tantum, & quædam confuſa diſtributiua. Quarta diuiſio eſt iſta. Suppoſitionum materialium confuſarum tantum quædam eſt mobilis, & quædam immobilis. Suppoſitio materialis confuſa tantum mobilis eſt acceptio termini materialiter ſupponentis: ſub quo contingit deſcendere ad omnia ſua ſuppoſita diſiunctim. ut tantum homo eſt nomen, et hoc ſunt omnia ly homo: ergo tantum hoc homo, uel hoc homo, & ſic de ſingulis eſt nomen. Suppoſitio materialis confuſa tantum immobilis eſt acceptio termini materialiter communiter ſupponentis: ſub quo non contingit deſcendere. ſed ſi contingeret, deſcenderetur diſiunctim. ut neceſſario homo eſt ſpecies. ly homo, ſtat confuſæ tantum immobiliter: quia non licet deſcendere. unde non ſequitur, neceſſario homo eſt ſpecies, & iſti ſunt omnes termini homo: ergo neceſſario hoc homo, uel hoc homo: & ſic de ſingulis eſt ſpecies. antecedens enim eſt uerum, & conſequens falſum. tamen ſi contingeret deſcendere deſcenderetur modo dicto.

Tertia.

Quarta.

A

Quinta diuiſio eſt iſta. Suppoſitionum materialium diſtributiuarum quædam eſt mobilis: & quædam immobilis. Suppoſitio materialis diſtributiua mobilis eſt acceptio termini materialiter communiter ſupponentis, ſub quo contingit deſcendere ad omnia ſua ſuppoſita copulatiuę ut omne homo eſt terminus: & iſti ſunt omnes termini homo: ergo hoc homo eſt terminus, & hoc homo eſt terminus. & ſic de ſingulis. Suppoſitio materialis diſtributiua immobilis eſt acceptio termini materialiter communiter ſupponentis ſub quo non contingit deſcendere: ſed ſi contingeret, deſcenderetur copulatiuę: ut neceſſario omne homo eſt ſpecies. ly homo, ſtat materialiter diſtributiuę immobiliter, quia non licet deſcendere cum non ſequatur, neceſſario omne homo eſt ſpecies: & iſti ſunt omnes termini homo. ergo neceſſario hoc homo eſt ſpecies. & ſic de ſingulis, antecedens enim eſt uerum & conſequens falſum, uerumtamen ſi contingeret deſcendere deſcenderetur illo modo. Propter prædicta eſt notandum quòd iſta coniunctio, &, aliquando tenetur copulatim, & aliquando copulatiuę, tenetur copulatim quando copulat terminos. ut ſor. & pla. currunt. Tenetur copulatiuę quando coniungit propoſitiones. ut ſor. currit & pla. mouetur. Conſimiliter nota diſiunctionis aliquando tenetur diſiunctim, aliqñ diſiunctiuę. Tenetur diſiunctim quan

Quinta

B

C

Notandum.

D

Digitized by Google

do diſiungit terminos. ut ſor. uel plato currit. Et tenetur diſiunctiue quando diſiungit propoſitiones, ut deus eſt uel homo eſt aſinus.

De ſuppoſitione perſonali. Cap. 4.

Diuiſiones ſuppō. pſo. Conſequenter ſequitur diuiſiones ponere ſuppoſitionis perſonalis materiam concernentes: Quarum prima eſt iſta. Suppoſitionum perſo-
Prima nalium alia diſcreta, alia communis. Suppoſitio perſonalis diſcreta eſt acceptio termini ſingularis uel cōmunis cum pronomine demonſtratiuo ſingularis numeri perſonaliter ſupponentis. ut ſor. currit. ille homo
Regula. diſputat. Ex iſta diffinitione ſequitur iſta regula. Omnis terminus diſcretus uel communis cum pronomine demonſtratiuo ſingularis numeri exiſtens pars propoſitionis: diſcrete ſupponit ſiue præceſſerit ſignum diſtributiuum, ſiue non. unde ita ſtat diſcrete. ly tu, in illa: nullus aſinus es tu. ſicut in iſta: tu es homo. Suppoſitio perſonalis communis eſt acceptio termini communis perſonaliter ſupponentis ſine pronomine de-
Secunda monſtratiuo ſingularis numeri. ut homo currit. Se-
diuiſio. cunda diuiſio eſt iſta. Suppoſitionum perſonaliū communium quædam eſt determinata quædam confuſa. Suppoſitio perſonalis determinata eſt acceptio termini perſonaliter ſupponentis: ſub quo contingit deſcendere ad omnia eius ſingularia diſiūctiue. ut homo currit, & iſti ſunt omnes homines. ergo ille homo currit,
Regulę. uel iſte homo currit. uel ſic de ſingulis. Iuxta quam ſuppoſitionem ſit hæc prima regula. Cuiuslibet particularis uel indefinitę ſubiectum ſupponit determinate: tam affirmatiue quàm negatiue tam in ſuppoſitione materiali quàm perſonali. Secūda regula eſt iſta: omnis terminus communis quem nullum ſignum præcedit, niſi ſignum particulare, ſupponit determina-

te. unde huius propoſitionis: homo eſt animal: tam ſubiectum quàm prædicatum ſupponit determinate. & ſi alicui illorum adderetur ſignum particulare: non
A propter hoc impediretur ſuppoſitio iſta. Suppoſitio confuſa eſt acceptio termini communiter perſonaliter ſupponentis ſub quo non contingit deſcendere diſiunctiue. ut tātum homo eſt riſibilis. ly homo, ſtat confuſę: & non debet diſiunctiue deſcendi: ut patebit. Ter- Tertia diuiſio.
tia diuiſio eſt iſta, Suppoſitionum perſonalium confuſarum quædam eſt confuſa tantum & quædam confuſa diſtributiua. Quarta diuiſio eſt iſta. Suppoſitio- Quar.
num perſonalium confuſarum tantum, quædam eſt
B mobilis, quædam immobilis. Suppoſitio perſonalis confuſa tantum mobilis, eſt acceptio termini communis perſonaliter ſupponentis: ſub quo contingit deſcendere ad omnia ſua ſuppoſita diſiunctim. ut omnis homo eſt animal: & hæc ſunt omnia animalia: ergo omnis homo eſt hoc animal, uel hoc animal, uel ſic de ſingulis. Regulę.
Iuxta quam ſuppoſitionem ſit hæc prima regula. Cuiuslibet uniuerſalis affirmatiue prædicatum ſi fuerit terminus communis deducto omni impedi-
C mento ſtat confuſę tantum mobiliter. ut omnis homo eſt animal. ly animal, ſtat confuſę tantum mobiliter. dico ſi fuerit terminus communis quia ſi fuerit terminus diſcretus ſtaret diſcrete. etiam dico ſine impedimento: ad excludendum alia ſigna. unde dicendo omnis homo eſt omne animal. ly animal, eſt prædicatum uniuerſalis affirmatiue & terminus communis: & tamen non ſtat confuſę tantum: ſed diſtributiue: ut patebit. Secunda regula. Cuiuslibet excluſiue primi or-
D dinis: cuius nota excluſionis non negatur ſubiectum, ſi fuerit terminus communis deducto omni alio impedimento ſtat confuſę tantum mobiliter. ut tātum ho-

Digitized by Google

mo currit, tantum homo non currit. utrobiq; ſuppo-
nit ly homo confuſę tantum mobiliter. Suppoſitio
perſonalis confuſa tantum immobilis eſt acceptio ter-
mini perſonaliter communiter ſupponentis, ſub quo
non contingit deſcendere, ſed ſi contingeret deſcende-
retur diſiunctim. ut neceſſario homo eſt animal. ſuppo
nit ly homo, iſto modo: quia cum nullo medio ſequi-
tur ergo neceſſario, iſtę homo, uel iſtę homo, & ſic de
ſingulis eſt animal, quia antecedens eſt uerum, & con
ſequens falſum. tamen ſi contingeret deſcendere, de
ſcenderetur iſto modo. Huic ſuppoſitioni annectuntur
regulæ. Prima eſt iſta. Cuiuslibet conditionalis af-
firmatiuę de terminis communibus deducto impedi
mento alterius ſigni, quilibet illorum ſupponit confu
ſę tantum immobiliter. ut ſi homo eſt, animal eſt, tam
ly homo, quàm ly animal, ſtat confuſę tantum immo
biliter. Secunda regula. Cuiuslibet reduplicatiuæ affir
matiuę prædicatum, ſi fuerit capax confuſionis, &
non habuerit aliunde impedimentum, ſtat confuſę
tantum immobiliter. ut ſor. inquantum homo, eſt ani
mal. ly animal, ſtat illo modo. Tertia regula. Cuiusli
bet modalis in ſenſu compoſito habentis terminum
communem non diſtributum, ſupponit ille terminus
confuſę tantum immobiliter. ut neceſſario homo eſt
animal. Impoſſibile eſt hominem non eſſe, quia non
Quinta diuiſio. licet deſcendere, ut patet. Quinta diuiſio eſt iſta.
Suppoſitionum perſonalium diſtributiuarum quæ-
dam eſt mobilis, & quædam immobilis. Suppoſitio
perſonalis diſtributiua mobilis eſt acceptio termini
perſonaliter communiter ſupponentis ſub quo contin
git deſcendere ad omnia ſua ſuppoſita copulatiuę. ut
omnis homo currit, & iſti ſunt omnes homines. ergo
iſte homo currit, & iſte homo currit, & ſic de ſingu-

lis. quare concluditur quòd ly homo, ſtat confuſę di
ſtributiuę mobiliter. Iſti ſuppoſitioni ſunt annexę iſtæ
A regulę. Prima eſt iſta. Cuiuslibet propoſitionis uni Regulę.
uerſalis affirmatiuę ſubiectum, ſtat confuſę diſtributi
uæ mobiliter. ut omnis homo currit, quilibet homo
diſputat, quodlibet animal mouetur, tam ly homo,
quàm ly animal, ſtat diſtributiuę mobiliter. Secunda
regula. Cuiuslibet uniuerſalis negatiuæ de conſueto
modo loquendi tam ſubiectum quàm prædicatum, ſi
fuerit terminus communis non impeditus, ſupponit
confuſæ diſtributiuę mobiliter. ut nullus homo eſt
aſinus, tam ly homo, quàm ly aſinus, ſtat confuſæ
B diſtributiuę mobiliter. dico de conſueto modo loquen
di: quia huius uniuerſalis negatiuæ: omnis homo ani-
mal non eſt: non ſtat ly animal, quod eſt prædicatum
diſtributiuę, ſed confuſę tantum. Tertia regula. Cuiuſ-
libet particularis uel indefinitę aut ſingularis negati-
uę de conſueto modo loquendi: prædicatum ſi fuerit
terminus communis: deducto impedimento alterius
ſigni: ſtat confuſę diſtributiuę mobiliter, ut aliquis ho
mo non eſt aſinus, animal non eſt lapis, ſortes non eſt
C capra. In his omnibus prædicata ſtant confuſę diſtri-
butiuę mobiliter: adueniente tamen impedimento al-
terius ſigni non ſic ſtarent. Vnde dicendo ſor. non eſt
omnis homo. non ſupponit ly homo, confuſę diſtribu-
tiuę: ſed determinate ut oſtendetur. Quarta regula. Cu
iuslibet excluſiuæ affirmatiuæ primi ordinis prædica-
tum ſi fuerit terminus communis deducto impedi-
mento alterius ſigni: ſupponit confuſæ diſtributiuæ
mobiliter. ut tantum animal eſt homo. ly homo, ſup-
D ponit illo modo. Suppoſitio perſonalis diſtri-
butiua immobilis eſt acceptio termini communis
perſonaliter ſupponentis ſub quo non contingit

Digitized by Google

deſcendere,ſed ſi contingeret, deſcenderetur copulatiuę.ut neceſſario omnis homo eſt animal. ly homo, ſic ſupponit:quoniam non ſequitur cum debito medio: A ergo neceſſario iſte homo eſt animal:et ſic de ſingulis: quia antecedens eſt uerum,& conſequens falſum. Iuxta ſuppoſitionem iſtam ſit prima hæc regula. Cuiuſlibet conditionalis de termino diſtributo,ſupponit terminus confuſę diſtributiuę immobiliter, in ordine ad totam conditionalem. ut ſi omne animal currit, omnis homo currit,tam ly homo, quàm ly animal, ſtat diſtributiuę immobiliter:quia non licet deſcendere & hoc in ordine ad totam conditionalem. Secunda regula. B Cuiuslibet exceptiuæ proprie: tam affirmatiuę ꝙ negatiuę,illud a quo fit exceptio,ſtat confuſę diſtributiuę immobiliter. ut omnis homo præter ſor. currit. Nullum animal præter hominem eſt rationale:tam ly homo,quàm ly animal,ſtat diſtributiuę immobiliter quia non licet deſcendere. Tertia regula. Cuiuslibet modalis in ſenſu compoſito habentis terminum diſtributum,ſupponit terminus ille confuſę diſtributiuę immobiliter. ut neceſſario omnis homo eſt animal: omnem hominem eſſe animal eſt ſcitum a me, quia non C licet deſcendere,uerum tamen ſi aliquando poſſit deſcendi.hoc erit gratia materiæ, quia forte oppoſitum conſequentis repugnabit antecedenti.

De ſignis confundentibus. Cap. 5.

Regulę. Prima

PRo maiori euidentia dictorum ponende ſunt aliquæ regulæ terminorum uim confundendi habentium. Quarum prima eſt iſta. Omne ſignũ uniuerſale affirmatiuum,terminum ſequentem ſe, immediate confundit,confuſę diſtributiuę mobiliter, & D mediate ſequentem,ſi fuerit terminus capax ſuæ confuſionis,confundit confuſę tantum mobiliter deducto

impedimento alterius ſigni. ut omnis homo eſt animal,aut omnis homo animal non eſt,utrobiq; ſuppo- A nit ly homo,diſtributiuę,& ly animal, confuſę tantũ. Et notanter dicitur,ſi fuerit capax confuſionis. primo propter terminos ſingulares qui non poſſunt communiter ſupponere. Secundo propter tales propoſitiones: uidens omnem hominem eſt animal. Aſinus cuiuslibet hominis currit, ubi nec ly animal, nec ly currens, confunditur,quia nõ graditur uirtus ſigni uſq; ad prædicatum ex quo eſt pars ſubiecti. Dicitur ſecundo, deducto impedimento alterius ſigni,quia in iſta propoſitione,non omnis homo eſt animal,non ſupponit ly B homo diſtributiuę, ſed determinate per unam regulã pertinentem ad hanc materiam. uidelicet Quicquid mobilitat immobilitatum, immobilitat mobilitatum,idest quodlibet ſignum habens uim diſtribuendi aliquem terminum ſi ipſum reperit non diſtributum facit ipſum ſtare diſtributiuę, & ſi ipſum reperit diſtributum facit eum ſtare non diſtributiuę idest determinatę uel confuſę tantum. Exemplum primi ſubiectum huius homo currit,ſtat nõ diſtributiuę, ideo C adueniente ſigno uniuerſali ſtabit diſtributiuę dicendo,omnis homo currit. Et quia iam ſtat diſtributiuę, ideo adueniente alio ſigno congrue, ſtabit non diſtributiuę. uidelicet non omnis homo currit. Item notandum ꝙ ſi duo ſigna affirmatiua cadunt ſuper eundem terminum faciunt illum ſtare determinate, ut tu differs ab omni homine. Et ſi unum fuerit affirmatiuum et reliquum negatiuum,iterum faciunt ipſum ſtare determinate.ut tu non differs ab homine non quili- D bet homo currit. etiam ſi ambo ſint negatiua & immediate cadant ſuper eundem faciunt illum ſtare determinate.ut non nullus homo currit. Si autem mediate ca-

Vide Pau. ifra princ. 5. du. cõ. 3. et in lo. ma. fol. 118. col. 4. ibi di co.

Pa. 25. princ. i. du. cor. 2. cõ. 3. 15. prin. 2. du. 10. 16. prin. eiuſdem

Digitized by Google

dant ita quòd mediet terminus diſtributus: faciunt il-
lum ſtare confuſę tantum ut nullus homo non currit. A
patet quòd ly currens: ſtat confuſę tantū. quia illa pro-
poſitio æquiualet iſti quilibet homo currit. ubi ly cur-
rens: ſtat confuſę tantum. Similiter dicendo non ali-
quis homo non eſt animal ſupponit ly animal, confu-
ſę tantum. ut patet per ſuam æquiualentem. uidelicet
quilibet homo eſt animal ubi ly animal ſtat: confuſæ
2. regula tantum. Secunda regula eſt iſta Omnia ſigna nega-
Pau. 5. tiua non impedita confundunt confuſæ diſtributiuæ
prin. 4. mobiliter, tam terminum ſequentem mediate quàm
du. to. 11 immediate, dummodo fuerit capax ſuæ confuſionis. B
prin. 4. uer. g. non homo currit, nullus homo diſputat: tam ſu-
du. cor- biectum quàm prædicatum ſtat confuſę diſtributiuæ
re. i. 3. ɔ. mobiliter. Sed in iſta, aſinus nullius hominis eſt ani-
49. pri. mal. ly animal non ſtat diſtributiuę. quia non capit
p. du. du. confuſionem a ſigno propter limitationem factam a
cor. 2. ſubiecto cuius eſt pars. Tertia regula eſt iſta. Om-
cō. 2. nis comparatiuus gradus & ſuperlatiuus: ita, ſicut, tā,
3. regula & quàm, differt: aliud, & non idem. & iſta uerba: ca-
De cō. reo, & indigeo: confundunt diſtributiuę mobiliter ter-
uide in minum ſequentem immediate capacem iſtius confu- C
lo. ma. ſionis, et omni alio impedimento deducto, ut tu es for-
fol. 43. tior homine: tu es fortiſſimus hominum: tu es ita fortis
col. 4. uſ ſicut aliquis homo: tu differs ab homine: tu es aliud ab
q; ad ſo. homine, uel non idem homini. ego careo uel indigeo
44. de pecunia. In omnibus iſtis ſtat diſtributiuę mobiliter
ſup. añt. terminus ſequens ſigna nominata. Sed notandum eſt
fol. 47. quòd comparatiuus gradus confundit confuſę diſtri-
co. 3. De butiuæ mobiliter terminum a ſe rectum ex natura cō-
ita & ſi parationis. ablatiuum autem rectum ex natura exceſ- D
cut. f. 42 ſus confundit confuſę tantum. ut ego ſum maior te lon-
col. i. de gitudine unius brachij. ſupponit ly longitudine, con-

fuſę tantum. Item nullus horum terminorum confun- differt
A dit diſtributiuę niſi terminum a ſe rectū a parte poſt. aliud &
unde dicendo. homine eſt fortior equus uel ab homine ñ idē ſo.
differt aſinus. non ſupponit ly equus: nec ly aſinus. di 31. col. 3.
ſtributiuę ſed ſolum determinatę. Quarta regula. Di- et ſo. 42
ctio excluſiua confundit confuſæ tantum mobiliter ter col. 2. de
minum communem immediate ſequentem ſe, & me ly indi-
diate ſequentem confuſę diſtributiuę mobiliter. ut tan geo uide
tum homo eſt animal, ly homo ſupponit confuſæ tan- 23. prin.
tum mobiliter & ly animal, diſtributiuę mobiliter. pri. du.
B Quinta regula. Dictio exceptiua confundit ſuum ca- cō. 4.
ſuale ſi eſt terminus communis confuſę tantum mobi- 4. regu.
liter: ut nullum animal præter hominem currit. oē ani ſophi.
mal præter hoīem currit. ly hominem ſtat confuſę tm̄ 39. cō. i.
mobiliter. Sexta regula. Dictio reduplicatiua ſuum 5. regula
caſuale confundit confuſę tm̄ mobiliter, & prædicatū In lo.
confuſę tm̄ immobiliter, ut ſor. inquantum hō eſt aīal, ma. f. 39
ly hō ſtat confuſę tm̄ mobiliter, & ly animal immobi- col. i. in
liter. quia ſub primo contingit diſiunctim deſcēdere et fine.
non ſub ſecundo. Septima regula. Termini ɔcernen- 6. regula.
C tes actum mentis. ut ſcire, credere, dubitare. & hmōi In lo.
confundunt confuſę tantum mobiliter. Exemplū. Ego ma. fol.
ſcio aliquam propoſitionē: ly propoſitionem ſtat con- 42. co. I.
fuſę tm̄ mobiliter, quia bene ſequitur. Ego ſcio aliquā 7. regu-
propoſitionem, et ille ſunt omnes propoſitiones, ergo la In lo.
ſcio illam uel illam, & ſic de ſingulis. Octaua regu- ma. fol.
la. Omnia aduerbia numerabilia. ut bis, ter, quater, & 40. co. 4
hmōi. confundunt confuſę tantum mobiliter terminū 8. regula
ſequentem ſe, ut bis comedi panem: ter potaſti uinum.
D ſupponit ly panem. & ly uinum. confuſę tantum mo-
biliter. Nam ſicut illa uice, & illa uice cum interruptio-
ne temporis comedi panem. ita illum uel illum panē.
Nona regula. Termini modales noīaliter & aduer- 9. regu.

Digitized by Google

bialiter ſumpti in ſenſu compoſito confundunt confu-
ſę tantum immobiliter omnes terminos communes A
non diſtributos uel ſequantur uel præcedant: ut neceſ-
ſario homo eſt animal, & hominem eſſe animal. eſt ne
10. regu. ceſſarium. Decima regula. Iſta uerba incipit, & de-
In lo. ſinit. confundunt terminum ſequentem communem
ma. f. 61. non diſtributum confuſę tantum immobiliter. & ly
col. i. & immediate, in eis incluſum mobiliter. ut tu incipis uel
fol. 63. deſinis ſcire aliquam propoſitionē. ly propoſitionem,
col. 2. ſtat confuſę tantum immobiliter, quia nō licet deſcen-
dere. & ly propoſitionem. in iſta, immediate ante hoc
ſciuiſti aliquam propoſitionem, ſtat confuſę tantum B
mobiliter. Sed yic clare intelligentur uiſo tractatu de
11. regu. probationibus terminorum. Vndecima regula. Iſta
uerba, promitto, debeo, obligor, confundunt. confuſę
tm̄ imobiliter, ut ꝓmitto tibi denariū, ly denariū ſtat
12. regu. Immobiliter, quia non licer deſcendere. Duodeci-
In lo. ma regula iſta. Nota conditionis & rationis omnes
ma. fol. ſuos terminos communes non diſtributos confundit
136. co. i. confuſę tantum immobiliter, & hoc in ordine ad hy-
potheticam, ut ſi homo eſt, animal eſt, homo currit, er-
Notā. go animal currit. Notandum primo, ꝙ licet nullus C
terminus diſtributiuus habeat uim ſupra terminum
pręcedentē. tamen bene hʒ uim ſupra illum terminus
confuſiuus confuſę tantum, non tamen quilibet, ſed ſo-
lum ille qui indifferenter ante ſe & poſt ſe determinat
compoſitionem uerbalem. unde illi termini. omnis &
nullus, & huiuſmodi, non confundunt aliquem termi-
num præcedentem, quia in qualibet iſtarum. aliquis
homo omne animal eſt. aliquis homo nullum animal
eſt. ſupponit ly homo. determinate. Similiter nec iſta D
uerba, incipit, uel deſinit, uel promitto, quia dicendo
homo incipit eſſe, aut denarium promitto, tam ly ho-
mo,

mo, quàm ly denarium, ſtat determinate. ſed dicendo:
A hominem eſſe animal eſt ſcitum a me aut hominem
eſſe non eſt impoſſibile, uel homo eſt animal neceſſa-
rio ſupponunt omnes illi termini confuſę tantum licet
præcedant: & hoc ideo quia illi termini facientes ſen-
ſum compoſitum uel diuiſum ita determinant compo
ſitionem ante ſe, ſicut poſt ſe. & ita conſequenter dica-
tur de nota rationis et conditionis: ꝙ confundunt ante
ſe. Secundo notandum ꝙ terminus. habens ſolum Vide in
uim confundendi confuſę tantum, non impedit diſtri- lo. ma. f.
butionem termini, licet interdum impediat eius deſcen 20. co. 4
ſum. uer. g. dicendo. omnis homo eſt animal, ly ho- et fo. 21.
B mo ſtat diſtributiuę, & ita ſtat dicendo neceſſario om col. 2.
nis homo eſt animal: ſed eſt differentia: quia in prima
ſtat mobiliter & in ſecunda immobiliter propter ad-
uentum termini modalis. Dico igitur ꝙ omnes termi-
ni habentes ſolam uim confundendi terminum immo
biliter impediunt deſcenſum, & ita immobilitant. ſed
alij habentes ſolam uim confundendi confuſę tantum
mobiliter, non impediunt deſcenſum, & ita non im-
mobilitant, unde ſequitur. Scio omnem propoſitionē,
C & iſte ſunt omnes propoſitiones: ergo ſcio iſtā & ſcio
illam: & ſic de ſingulis. Tertio notandum: ꝙ ſi duo
ſigna diſtributiua cadunt ſuper aliquem terminū quo
rum non quodlibet per ſe ſumptum caderet diſtributi
uæ ſuper eundem terminum, nullum illorum impedit
reliquum. uer. g. omnis homo omne animal eſt, ly ani-
mal, ſtat diſtributiuæ non obſtante ꝙ præcedant duo
ſigna diſtributiua quia primum per ſe ſumptum non
diſtribueret, ly animal, ſed faceret ipſum ſtare confuſę
D tantum. ſimiliter omnis homo non animal eſt. & ita
dicendo, a forte differt omnis homo ſupponit ly ho-
mo, diſtributiuæ. non obſtante ꝙ præcedant duo ſi-

Digitized by Google

gna quia primum ſumptum ſine ſecundo non diſtribueret. ly homo, dicendo a ſorte differt homo. quia ly differt, non diſtribuit niſi terminum rectum a parte poſt, ut dictum eſt. Modo conſimili dico in iſta: tu es fortior quàm homo. quòd ly homo, ſtat diſtributiuæ nec primum ſignum impedit, quia per ſe ſumptum nõ diſtribuit aliquem rectum: ut declaratum eſt ſupra. ſed dicendo nullus homo non eſt animal. tu differs ab omni homine, uel tu es albior omni albo: impeditur diſtributio termini ultimi, quia præcedunt duo ſigna: quorũ quãlibet ſine altero diſtribueret terminũ illum. q̃re.

In. 3. regula.

A

A

De relatiuorum ſuppoſitione. Cap. 6.

DE ſuppoſitione relatiuorum ſequitur pertractare. ubi quædam diuiſiones ſunt præmittendę. B

Prima diuiſio. Prima eſt iſta. Relatiuorum: quædam ſunt relatiua ſubſtantiæ. ut qui, quę, quod. Et quædam accidentis. ut aliquis, qualis, tantus, quantus, & ſimilia.

Secũda. Secunda diuiſio eſt iſta. Relatiuorum ſubſtantiæ quædam ſunt identitatis. ut qui, iſte, ille, hic, & is. Et quædam diuerſitatis. ut alius, alter, reliquus, & huiuſmodi.

Tertia. Tertia diuiſio eſt iſta. Relatiuorum identitatis quædam ſunt reciproca. ut ſui, meus, tuus, ſuus. Quædam non reciproca. ut ille, ipſe, & huiuſmodi. C

Quarta. Quarta diuiſio eſt iſta. Relatiuorum reciprocorum quædam ſunt poſſeſſiua. ut ſuus, ſuus. Et quędam non poſſeſſiua. ut ſe.

Quinta. Quinta diuiſio eſt iſta. Relatiuorum accidentis, quoddam eſt identitatis. ut talis, & tantus: quoddam diuerſitatis, ut aliuſmodi.

Regulę. His diuiſionibus præmiſſis ſit hæc prima regula. Relatiuum diuerſitatis ſubſtantiæ & relatiuum poſſeſſionis non ſupponunt pro illo pro quo ſuum antecedens. exemplum primi. Duorum contradictoriorum unum eſt uerum reliquum eſt falſum, patet ꝙ pro alio ſupponit ly unũ D

et pro alio ly reliquum. Exemplum ſecundi aliquis homo currit & ſuus aſinus iacet ſupponit antecedẽs pro homine: & relatiuum pro aſino. A Secunda regula eſt iſta. Relatiuum identitatis ſubſtantiæ nõ poſſeſſiuum: ſemper ſupponit pro eo pro quo ſuum antecedens, in comparatione tamen ad alterum extremorum. Exemplum de relatiuo identitatis ſubſtantiæ non reciproco. ut aliquis homo currit: et ille diſputat. ſupponit ly ille, non abſolute pro aliquo homine, ſed pro aliquo homine currente, ideo non ſignificat ſecunda pars abſolute ꝙ aliquis homo diſputat: ſed quod aliquis homo currens diſputat. B Similiter huius copulatiuę aliquis homo eſt latro, & tu es ille, non ſignificat ſecunda pars præciſę ꝙ tu es aliquis homo: quia tunc illa copulatiua eſſet uera: ſed ꝙ tu es aliquis homo qui eſt latro. Ex quo ſequitur ꝙ hæc eſt falſa. aliquis homo eſt animal, et aſinus eſt illud, quia ſecũda pars ſignificat aſſertiuę ꝙ aſinus eſt animal quod eſt aliquis homo, et per idem hęc eſt falſa. aliquis homo eſt ſor. & Pla. eſt ille: ſed hæc eſt uera, aliquis homo eſt ſortes, et Pla. non eſt ille, quia Pla. aliquis homo eſt, qui ſortes non eſt. C etiam iſta eſt uera: aliquis homo non eſt ſor. & Pla. non eſt ille: quia Plato, cicero non eſt, et cicero eſt aliquis homo qui nõ eſt ſor. Item conceditur ꝙ aliquis homo non eſt ſor. & Pla. eſt ille: quia Pla. eſt aliquis homo, qui non eſt ſor. quoniam Pla. eſt ipſemet qui non eſt ſor. Exemplũ de relatiuo identitatis ſubſtantię reciproco. ut omnis homo uidet ſe. ſupponit ly ſe, pro homine nõ abſolute ſic intelligendo, omnis homo uidet omnem hominem; ſed referendo ſingula ſingulis. ut iſte homo uidet ſe, & ille homo uidet ſe: & ſic de ſingulis. D Similiter dicatur de illa omnis homo habens filium diligit illum.

Tertia regula eſt iſta. Relatiuum identitatis accñtis

Quę termini. refert relatiuũ. uide de pa. 41. pri. i. du. 2. i. & pro materia de relatiuis uideq̃ i lo. ma. a fol. 26. uſq; ad fo. 3?

Vide pau. ſophi. 17. co.

Digitized by Google

ſemper ſupponit pro ſimili, uel æquali illi pro quo ſupponit ſuum antecedens. uer. gra. ſor. eſt albus, & talis eſt Plato, uel ſor. eſt albus, qualis eſt Plato, ſupponit relatiuum non pro ſor. ſed pro ſimili ſor. Similiter in A
illa ſor. eſt bicubitus & tantus eſt Pla. ſupponit relatiuum pro æquali ſor. Quarta regula eſt iſta. Relatiuum diuerſitatis accidentis ſemper ſupponit pro diſſimili illi pro quo ſupponit ſuum antecedens. ut cignus eſt albus, & aliuſmodi eſt coruus. Ex quibus duabus regulis ſequitur quinta. uidelicet quòd relatiua accidentium tam identitatis quàm diuerſitatis, ſupponunt pro alio ſuppoſito ſui antecedentis. patet regula ex exemplis. B

De modo ſupponendi relatiuorum. Cap. 7.

Prima regula pa. 24. prin. 3. du. co.

EX quo patuit pro quibus relatiua ſupponunt reſtat oſtendere eorundem modos ſupponendi. Sit ergo hæc prima regula, Relatiuum diuerſitatis ſubſtantiæ non ſemper ſupponit eodem modo ſicut ſuum antecedens, ſed ſecundum exigentiam ſui ſigni uel ſitus. Vnde aliquando ſupponit eodem modo. ut unus homo currit, et alius diſputat. Omnis propoſitio

pa. 41. i. du. co. i. / 8. prin. 3. du. cõ. i.

uera eſt neceſſaria, & omnis alia eſt impoſſibilis. In C
prima antecedens & relatiuum ſupponunt determinate: in ſecunda confuſæ diſtributiuæ. Aliquando antecedens ſupponit magis confuſæ quàm ſuum relatiuum. ut omnis conditionalis uera, eſt neceſſaria, & alia eſt impoſſibilis. ſupponit antecedens diſtributiuæ relatiuum determinate. aliquando econuerſo, relatiuum diuerſitatis ſubſtantiæ ſupponit confuſius quàm ſuum antecedens. ut aliquis homo eſt niger, & nullus alius eſt albus, antecedens ſupponit determinate relatiuum D
diſtributiuæ. Similiter aliquis homo legit, & tantum alius diſputat. relatiuum ſupponit confuſe tantum an-

tecedens determinate. Secunda regula eſt iſta. Omne relatiuum identitatis ſubſtantiæ in eadem categorica ſui antecedentis ſemper ſupponit eodem modo ſicut ſuum antecedens. probatur inductiue. ut omnis homo qui currit mouetur, relatiuum ſupponit confuſe diſtributiue. & in iſta, omnis homo eſt animal quod eſt rationale, ſupponit confuſæ tantum. & in iſta homo qui diſputat legit, ſupponit determinate. & in iſta ſor. qui currit non ſedet, ſupponit relatiuum diſcrete. Idem eſt iudicium de reciprocis tam poſſeſſiuis quàm non poſſeſſiuis. ut omnis homo uidet ſe. ly ſe, ſtat confuſæ diſtributiue. Et in iſta, aliquis homo diligit filium ſuũ. ly ſuum, ſtat determinate, & in iſta. pater ſor. uocauit illum. ly illum, ſtat diſcrete. Ex iſta regula ſequitur iſta concluſio, quòd aliqua eſt propoſitio uniuerſalis affirmatiua habens præciſe unum ſignum, cuius prædicatum ſtat cõfuſe diſtributiue. ut quilibet homo eſt ipſemet. Secunda concluſio eſt iſta. Signum uniuerſale affirmatiuum ita habet uim diſtribuendi a parte prædicati ſicut a parte ſubiecti. Tertia concluſio. Aliqui duo ſunt termini communes ſequentes ſignum uniuerſale affirmatiuum non impeditum per aliud ſignum, quorum remotiorem diſtribuit, & non propinquiorem. patet, ut omnis homo eſt uidens ſe. ubi ly ſe, ſtat confuſe diſtributiuæ. et ly uidens, confuſe tantum. Et ſi contra iſtas concluſiones adducantur regulæ quinti capituli huius tractatus, ſcilicet pro maiori euidentia. Dicatur quòd illæ regulæ intelligantur extra materiam relatiuorum. Contra iſtam regulam arguitur. quoniam dato quòd ly ſe, diſtribuatur in dicta propoſitione, ſequitur iſtam conſequentiam fore bonã. Omnis homo uidet ſe. ergo omnis homo uidet omnem hominem. Dicitur ꝙ ſtat diſtributiuæ non abſolute,

2 regula Vide pa. l. 17. 10. 11. prin. 2. du. cor. i. cõ. 4. / 43. eiuſdem co.

A (beside "cut ſuum antecedens"); B (beside "ly ſuum, ſtat determinate"); C (beside "gnum, quorum remotiorem"); D (beside "nis homo uidet ſe.")

Concluſiones

Solutio

Digitized by Google

ſed referēdo ſingula ſingulis:uidelicet iſte homo uidet ſe. & ille homo uidet ſe et ſic de ſingulis. Ex quo inferero iſtam conſequentiam non ualere, tātum ſor. uidet ſe. ergo omne uidens ſe eſt ſor. quia ly ſe, in prima ſupponit diſcrete, & in ſecunda diſtributiuæ, ſed bene ſequitur. ergo omne uidens ſor. eſt ſor. A

3. regula Vide Pau. ſophi. 18. to. Tertia regula eſt iſta omne relatiuum identitatis ſubſtantiæ hypotheticæ relatum ad ſuum antecedens ſupponens confuſæ tantum, non ſupponit eodem modo, ſed determinate habendo reſpectum ad totam compoſitionem ſui antecedentis, ut omnis homo eſt animal, et iſtud eſt rationale. relatiuum ſtat determinate. & ideo ſecunda pars eſt falſa & ſignificat aſſertiuę ꝙ animal quod eſt omnis homo, eſt rationale. quod eſt falſum. quia nullū eſt animal quod eſt omnis homo. Similiter iſta eſt falſa. Ego indigeo oculo ad uidendum, & illo indigeo. quia nullo oculo indigeo ad uidendum. Vbi eſt aduertendum ꝙ ly indigeo, cum ſuo gerundio, confundit cōfuſę tantum. & ſine illo confundit cōfuſę diſtributiuę. B

4. regu. Quarta regula eſt iſta. Omne relatiuum identitatis ſubſtantiæ hypotheticæ relatum ad ſuum antecedens ſupponens diſcretę determinatę, uel diſtributiuæ, ſupponit eodem modo ſicut ſuum antecedens habendo reſpectum ad totam compoſitionem ſui antecedētis. uel ad alterum extremorum. ideo conceditur quęlibet iſtarum. aliquis homo eſt, et tu es ille, aliquis homo eſt, et tu non es ille. ſecunda non ſignificat ꝙ tu non es aliquis homo qui eſt. ſed ꝙ tu aliquis homo qui eſt non es. & hoc eſt uerum. Vnde non ſemper eſt licitum loco relatiui ponere ſuum antecedens niſi ſeruetur eadē ſuppoſitio. Item ſequitur ꝙ iſta eſt falſa aliquis homo eſt, & quilibet homo eſt ille. quia ex quo ly ille, ſtat determinate. ſecunda pars ſignificat ꝙ aliquis homo eſt qlibet C D

homo. ſed conceditur ꝙ quilibet homo eſt animal. & idem eſt riſibilis: quia relatiuum diſtributiuum non refert in comparatione ad totam compoſitionem. ſed ſolum ad alterum extremorum. non diſtributum uero bene refert antecedens. habendo reſpectum ad totam poſitionem. A

Concluſiones. Ex iſta regula ſequitur primo iſta concluſio: ꝙ aliqua eſt uniuerſalis affirmatiua habens ſolū unum ſignum cuius prædicatum eſt terminus cōis, et non ſtat confuſę tantum ſed determinate patet de prædicato ſecundæ partis huius copulatiuę. aliquis homo eſt, & quilibet homo eſt ille. Secunda concluſio. Signum uniuerſale affirmatiuū non impeditum ꝑ aliud ſignum non cōfundit confuſę tm̄ terminum cōem mediate ſequētem in eadem categorica. Nec hoc eſt inconueniens. quia hoc non eſt ratione ſigni, ſed relatiui non potentis recipere confuſionem illam propter dependentiam quam habet ad ſuum antecedens. & ita nulla iſtarum concluſionum aut pręcedentium eſt contra regulas quinti capituli. quia aut impeditur ſignum, aut terminus non eſt capax confuſionis. B

5. regula Quinta regula eſt iſta. Relatiuum accidentis ſiue identitatis, ſiue diuerſitatis, non ſemper ſupponit eodem modo ſicut ſuū antecedens: ſed ſm exigentiam ſui ſigni uel ſitus. unde aliqn̄ ſupponit eodem modo, ut aliquis hō eſt albus, et talis eſt equus. omnis homo albus legit, & nullus talis diſputat. Aliquando ſupponit antecedens magis confuſę. ut omne album currit, & tale diſputat, aliqn̄ econuerſo relatiuum ſupponit confuſius. ut aliquis homo eſt albus, & nullus coruus eſt talis. aliquis homo eſt niger, & quilibet æthiops eſt talis. in qualibet iſtarum ſupponit antecedens determinate & relatiuum in una diſtributiuæ, et in alia confuſæ tantum. idem eſt iudicium de relatiuo diuerſitatis accidentis, ſup- C D

Digitized by Google

ponit enim interdum confuſius ꝙ̃ ſuum antecedens, ut aliquis homo eſt niger, et nõ huiuſmodi eſt coruus.

6. reg. Sexta & ultima regula generalis eſt iſta. Omne relatiuum ſupponit eodem modo ſicut ſuum antecedẽs, (A) intelligendo de modo ſupponendi uniuerſali, ita ꝙ ſi antecedens ſupponit materialiter & relatiuum ſimiliter, ſi perſonaliter & relatiuum ſimiliter, uer. g. homo eſt ſpecies, & iſtud eſt nomen. tam relatiuum ꝙ̃ antecedens ſupponit materialiter. ſed dicendo, homo eſt animal & ille eſt riſibilis, tam relatiuum ꝙ̃ antecedẽs ſupponit perſonaliter. Regulæ ergo ſuperiores de modo ſupponendi relatiuorum debent intelligi quo ad modos ſupponendi ſpeciales pertinentes ad ſuppoſitionẽ (B) diſcretam, determinatam, confuſam tantum, aut diſtributiuam. et hęc pro materia relatiuorum dicta ſufficiant.

De ampliationibus. Cap. 8.

IAm de ſuppoſitione quæ fit reſpectu diuerſorum temporum pænes ampliationẽ & appellationem expedit pertractare. unde ampliatio eſt acceptio termini temporaliter ſumpti ultra cõſignificationem uerbi principalis uel participij eiuſdem. Pro cuius (C) diffinitionis declaratione prima regula ſit hæc. Omnis terminus ſupponens reſpectu uerbi de præterito uel participij ſui a parte ante, ampliatur ad ſupponendum pro eo quod eſt uel fuit. uer. gra. album fuit nigrum, non ſupponit ly album, pro eo quod fuit album præciſe, aut ſolum pro eo quod eſt album, ſed diſiunctim pro eo quod eſt album, uel fuit album. Ex quo ſequitur ueritas iſtarum propoſitionum. Prima, uirgo fuit prægnans patet, quia quæ eſt aut fuit uirgo. fuit prægnans. Secunda propoſitio, puer fuit ſenex, non quidẽ (D) quando fuit puer. ſed poſtquam fuit puer. Tertia propoſitio, album fuit quãdo nullam habuit albedinem.

Quid ſit ampliatio. Prima regula Pau. 2. prin. 2. ſoph. oc. 3. / prin. eiuſdez to. / 4. to.

patet, quia id quod eſt uel fuit album, fuit quando nullam habuit albedinem, dato ꝙ nunc aliquid ſit album quod continue ante hoc fuit nigrum. Conſimiliter eſt (A) dicendum ſi fuerit participium prædicatum reſpectu huius uerbi eſt, ut aliquis homo eſt mortuus. patet, quia ly homo, ſupponit pro homine qui eſt uel fuit, et ſignificat illa propoſitio quòd aliquis homo qui eſt uel fuit: eſt mortuus. Et cõceditur ut prius ꝙ uirgo eſt corrupta. quia iſta quæ eſt uel fuit uirgo eſt corrupta.

Secunda regula eſt iſta. Omnis terminus ſupponens a parte ante reſpectu uerbi de futuro uel ſui participij ſupponit pro eo quod eſt uel erit. uer. gra. homo gene- (B) rabitur ſupponit ſubiectum pro homine qui eſt uel qui erit. ideo ſignificat iſta propoſitio, ꝙ qui eſt uel qui erit homo generabitur. Ex iſta regula ſequitur ueritas iſtarum propoſitionum. Prima ſenex erit puer, patet. quia qui eſt uel qui erit ſenex, erit puer. Secunda corrupta erit uirgo, quia quæ eſt uel quę erit corrupta, erit uirgo. Tertia propoſitio. Decapitatus cantabit. quia qui eſt uel qui erit decapitatus cantabit. Idem eſt iudicium de ſuppoſitione reſpectu ſui participij. ut ho- (C) mo eſt generandus. ſignificat enim iſta ꝓpoſitio quod qui eſt uel qui erit homo eſt generandus. 2. regula

Tertia regula eſt iſta. Omnis terminus ſupponens a parte ante uel a parte poſt reſpectu huius uerbi, contingit, uel ſui participij, ſupponit pro eo quod eſt uel contingit eſſe. ut album contingit eſſe nigrum. denotatur quòd id quod eſt uel contingit eſſe album contingit eſſe nigrum. & ita dicatur de iſta ſedentem contingens eſt currere. 3. regula

4. regu. Quarta regula eſt iſta. Omnis terminus ſup- (D) ponens a parte ante uel a parte poſt reſpectu huius uerbi, poteſt, uel ſui participij, aut termini uerbalis deſinentis in bilis, uel in bile, ſupponit pro eo quod eſt

Digitized by Google

uel poteſt eſſe,ut album poteſt eſſe nigrum, denotatur
ꝙ illud quod eſt uel poteſt eſſe album, poteſt eſſe ni-
grum. Ex iſta regula ſequuntur aliquę propoſitiones. A
Prima. Creans poteſt eſſe deus, dato quòd deus non
crearet: quia quod eſt uel poteſt eſſe creans, poteſt eſſę
deus. Secunda propoſitio. Calidiſſimum poteſt eſſe ca
lidius quia quod eſt uel poteſt eſſe calidiſſimum, po-
teſt eſſe calidius. Tertia propoſitio. Infimum poteſt
eſſe inferius, quia quod eſt uel poteſt eſſe infimum, po
teſt eſſe inferius. Idem eſt iudicium de participijs et ter
mino uerbali. ideo conceditur ꝙ genitum eſt generabi
le. & corruptum eſt corruptibile. prima ſignificat ꝙ il
lud quod eſt uel poteſt eſſe genitum. eſt generabile. ſe- B
cunda ſignificat ꝙ illud quod eſt uel poteſt eſſe corru
ptum, eſt corruptibile. Quinta regula eſt iſta. Om-
5. regula nis terminus ſupponens a parte ante uel a parte poſt
reſpectu horum uerborum, incipit, uel deſinit, aut ſuo-
rum participiorum. ſupponit pro eo quod eſt aut inci-
pit uel deſinit eſſe. ut album incipit uel deſinit eſſe, de-
notatur, ꝙ illud quod eſt aut incipit uel deſinit eſſe al-
bum, incipit uel deſinit eſſe. & ita de participio dicãt.
6. reg. Sexta regula eſt iſta. Omnis terminus ſupponens a C
parte ante uel a parte poſt reſpectu uerbi uel participij
habentis naturam tranſeundi indifferenter ad poſſibi-
le & imaginabile ſupponit indifferenter pro eo quod
ē, uel põt eſſe imaginabile ſicut ſunt iſta uerba, cogno
ſco, intelligo, & huiuſmodi. Cum ergo dicitur roſam
intelligo, aut cognoſco. denotatur ꝙ roſam quę eſt, uel
quæ poteſt eſſe, uel eſt imaginabilis ego intelligo, uel
cognoſco. Vnde ita intelligitur uel cognoſcitur illud
quod non poteſt eſſe. ſicut illud quod poteſt eſſe. Intel- D
ligo namq; chimeram uel montem aureum, quorum
nullum poteſt eſſe, & intelligitur hæc regula de termi-

no recto a parte poſt a uerbo actiuo, uel de recto a par
te ante a uerbo paſſiuo: ſiue præponatur uel poſtpona
A tur. Ex prædictis regulis ſequitur primo, quòd a Corrolaria.
tertio adiacente ad ſecundum adiacens cum prædica-
to participio ampliatiuo: non ualet argumentum. un-
de non ſequitur Adam eſt mortuus, ergo Adam eſt: an
tichriſtus eſt futurus, ergo antichriſtus eſt. Secundo
ſequitur. ꝙ iſta non eſt bona conuerſio. antichriſtus eſt
futurus. ergo aliquod futurum eſt antichrs. quia in an-
tecedente ſupponit ly antichriſtus, ampliatiuę, et in cõ
ſequente non. ideo deberet ſic conuerti. aliquod futurũ
eſt uel erit antichriſtus. Tertio ſequitur: ꝙ iſte ſyllogiſ- Vide
B mus non ualet. Omne futurum eſt, Antichriſtus eſt fu Pau. 2.
turus, ergo antichriſtus eſt. quia in concluſione non princ. 3.
ſupponit ly antichriſtus, ampliatiuę: ut in minori: pro- ſophiſ.
pterea minor debeat eſſe talis antichriſtus eſt aliquod cõ. 4.
futurum, ubi ly futurum tenetur, nominaliter, ſicut in
maiori & non participaliter, quare &c.

De appellationibus. Cap. 9.

APpellatio eſt acceptio termini in propoſitio-
ne habentis reſpectum ad naturam uerbi uel
C participij eiuſdem ut aliquis homo eſt, ly hõ. Quid
ſupponit pro homine. & non pro quolibet homine in- ſit appel
differenter: ſed ſolum pro homine qui eſt. Vt ergo cla latio.
rius intelligatꝰ hæc diffinitio: notandũ ꝙ appellatio ſic Diuiſio
diuiditur. qm̃ aliqua uocatur appellatio tẽporis. aliqua eius.
ampliationis, & tertia formę. Appellatio tp̃is eſt ac
ceptio termini in propoſitione pro aliquo uel pro ali- appel.
quibus ſm ſolam ꝯſignificationẽ uerbi: uel participij tp̃is.
eiuſdem, ut album fuit nigrum. licet ly albũ, ſupponat
D pro eo qđ eſt uel fuit album, tñ ly nigrũ, non ſupponit
niſi p eo quod fuit nigrũ, & uerbum eiuſdẽ conſignat
ſolũmodo p̃teritũ, ideo ly nigrũ, appellat ſolũ tem-

Digitized by Google

pus præteritum. Prima regula. Omnis terminus ſupponens reſpectu uerbi de præſenti non ampliatiui, nec diſtracti per participium ampliatiuum, appellat tempus præſens. ut homo eſt animal. uel ſor. currit. quilibet illorum terminorum, tam a parte ſubiecti q̃ a parte prædicati. ſupponit ſolummodo pro eo quod eſt. Secunda regula eſt iſta. Omnis terminus ſequẽs uerbum ampliatiuum præteriti temporis uel futuri appellat tempus præteritum aut futurum, ut hoc fuit album, uel hoc erit nigrum. ſupponit ly album, in prima propoſitione præciſe pro eo quod fuit album. & in ſecunda præciſe pro eo quod erit nigrum. Appellatio ampliatiõis eſt acceptio termini ampliatiuę ſumpti limitati per terminum ampliatiuum præcedentem. ut hoc poteſt eſſe album ſupponit ly album, ampliatiuę a parte poſt, ſicut a parte ante. ſed a parte ante nõ appellat, a parte uero poſt appellat, ſup. ampliationẽ.

Appel. ampli.

Prima regula eſt iſta. Omnis terminus ſequens aliquod iſtorũ uerborum incipit, uel deſinit, uel aliquod ſuorum participiorum appellat ampliationem. uer. g. ſor. incipit eſſe albus ſupponit ly album. pro eo quod eſt uel incipit eſſe album. ſed poſitum a parte ante non appellat, a parte uero poſt appellat propter limitationem termini ampliatiui præcedentis. Secunda regula. Omnis terminus ſequens aliquod iſtorum uerborum poteſt, contingit. aut aliquod ſuorum participiorum appellat ampliationem ipſorum. ut hoc poteſt, uel contingit eſſe album ampliatur ly album, ita a parte poſt ſicut a parte ante, & a parte poſt appellat ampliationem iſtorum uerborum propter limitationem ipſorum, quam non appellat a parte ante, ex quo non limitatur. Appellatio formę eſt acceptio termini in propoſitione limitati per terminum præcedentẽ con-

Appel. formæ.

A B C D

cernentem actum mentis ut intelligo hominem, ly hominem appellat ſuam formam, quia ſignificat ſuum ſignificatum ſub ratione eiuſdem propter limitationem factam a termino concernẽte actum mentis. ideo per illam denotatur: quòd ego intelligo aliquid ſub ratione qua homo. Ex prædicta diffinitione ſequitur ueritas trium concluſionum. Prima concluſio eſt iſta. Patrem meum cognoſco, & tamen non cognoſco patrem meum. probatur. & pono quòd ſor. ſit pater meus quem bene cognoſcam. neſciam tamen an ſit pater meus uel non: immo pono quòd non conſiderem de patre meo: utrum talem habeam uel non. Iſto poſito patrem meum cognoſco. quia illud quod eſt pater meus, cognoſco: non tamen cognoſco patrem meum. qa non cognoſco aliquid ſub ratione qua pater meus.

Concluſiones.

Secunda concluſio ſortem uolo uidere: & tamen nolo uidere ſor. probatur: pono quòd ſor. ſit inimicus meus. ita quòd nollem uidere ipſum & pla. ſit amicus meus ſimilis ſor. exiſtẽti coram me quem credam eſſe pla. Iſto poſito: ſor. uolo uidere. quia hunc qui eſt ſor. uolo uidere: ex eo quòd puto ipſum eſſe pla. & tamen nolo uidere ſor. quia nolo uidere aliquid ſub ratione qua eſt ſor. Tertia concluſio. Propoſitionem hypotheticam ſcis, et tamen neſcis aliquam propoſitionem hypotheticam. probatur. & pono quòd credas firmiter nullam eſſe propoſitionem hypotheticam. ſit tamen aliqua hypothetica quam credas eſſe categoricam ſciendo & conſiderando de ſignificato eius. Iſto poſito, aliquam propoſitionem hypotheticam ſcis, quia illud quod eſt propoſitio hypothetica ſcis. & tamen non ſcis aliquam propoſitionem hypotheticam: quia non ſcis aliquid ſub ratione qua eſt propoſitio hypothetica. Et conſequenter conceditur quòd propoſi-

A B C D

Digitized by Google

tionem affirmatiuam credo. & tamen non credo propoſitionem affirmatiuam & ita de infinitis, quarum quælibet ex prioribus poteſt uerificari. A

Et ſic eſt finis Secundi tractatus. qui ſuppoſitionum intitulatur.

Incipit Tractatus conſequentiarum qui eſt in ordine tertius. Cap. primum.

Pro iſto ca. uide ĩ lo. ma. a. f. 139. uſq; ad ſo. 142.

Conſequentia eſt illatio conſequentis ex antecedente, ut homo currit. ergo animal currit, antecedens uoco propoſitionem præcedentem notam rationis. ut homo currit. conſequens uero illam quæ ſequitur. ut animal currit, & notam rationis nomino, ly ergo, & ly igitur. B

Prima diuiſio.

Pro huius diffinitionis declaratione ſit hæc prima diuiſio conſequentiarum alia bona, alia mala. Conſequentia bona eſt illa cuius oppoſitum conſequentis repugnat antecedenti. ut tu es homo, ergo tu es animal. nam hæc duo repugnant. tu es homo, & tu non es animal. ideo iſta conſequentia fuit bona. Conſequentia mala eſt illa cuius contradictorium conſequentis ſtat cum antecedente: ut tu es homo. ergo tu ſedes, nam hę bene ſtãt ſimul, tu es homo & tu non ſedes. ideo illa conſequentia, non ualuit. C

Secũda diuiſio. Vide in 8. tra. h⁹ in prin.

Secunda diuiſio eſt iſta conſequentiarum bonarum alia formalis, alia materialis. cõſequentia bona & formalis eſt illa cuius contradictoriũ conſequentis formaliter repugnat antecedẽti. ut tu curris. ergo tu moueris. Voco illam formaliter repugnare. quæ non ſunt imaginabilia ſtare ſimul abſq; contradictione, ut tu curris, & tu non moueris. D Conſequentia bona & materialis eſt illa cuius contradictorium conſequentis materialiter repugnat antecedẽti: ut deus

non eſt: ergo nullus homo eſt. Illa dicuntur materialiter repugnare quæ non poſſunt ſtare ſimul: ſunt tamen imaginabilia ſtare ſimul abſq; contradictione. ut deus A non eſt, & aliquis homo eſt, licet iſta non poſſint ſimul ſtare propter impoſſibilitatem illius. deus nõ eſt. tamen ſunt imaginabilia ſtare ſimul abſq; aliqua contradictione. quia q̃ deus non ſit & aliquis homo ſit, non uidetur implicatio contradictionis. Iuxta iſtam diffinitionem ponuntur duæ regulæ. Prima ex impoſſibili ſequitur quodlibet. Secũda neceſſarium ſequitur ad quodlibet. Et intelliguntur iſtę duæ regulæ, q̃ illa conſequentia eſt bona & materialis in qua antecedens B eſt impoſſibile, uel conſequens neceſſarium. ſubductis aliis modis qbus conſequentia foret bona et formalis;

Tertia diuiſio.

Tertia diuiſio eſt iſta. Conſequentiarum bonarum quædam eſt bona de forma. quædam eſt bona de materia. conſequentia bona de forma, eſt illa cuius quælibet conſimilis in forma eſt bona, ut albedo uidetur. ergo color uidetur. Illę ɔñę ſunt ſimilis formæ q̃ habent conſimilem modũ arguendi conſequẽtiæ formalis de quibus modis dicetur poſtea, et cum hoc antecedentia C & conſequentia ſint ſimilia in forma.

Nota.

Notandum q̃ illę categoricæ ſunt ſimiles formæ quę ſic ſe habent, q̃ ſi una eſt affirmatiua de ſecundo adiacente uel de tertio, & alia ſimiliter. Et ſi una eſt particularis indefinita, uel ſingularis, & alia ſimiliter. Item ſi una eſt excluſiua, exceptiua, reduplicatiua, uel modalis in ſenſu compoſito uel diuiſo. & alia ſimiliter. Item ſi una eſt de termino ſimplici, uel compoſito, copulato, diſiuncto, uel conditionato, & alia ſimiliter. Et ideo iſtę nõ D ſunt ſimiles in forma. hõ uel aſinus currit, et hõ currit, quia una eſt de termino ſimplici. alia de compoſito. Similiter iſtę nõ ſunt ſimiles in forma, quilibet hõ currit:

Digitized by Google

& aliquis aſinus mouetur: quia una eſt uniuerſalis: alia
particularis. ſed ſunt iſtę ſimiles in forma, homo eſt aſi A
nus, & homo eſt animal, non obſtante ꝙ una ſit neceſ
ſaria alia impoſſibilis. quia habẽt omnes conditiones
aſſignatas. Ex quo ſequitur ꝙ iſtę conſequentiæ ſunt ſi
miles in forma. homo currit, ergo animal currit. albe
do uidetur: ergo color uidetur. quia habent cõſimilem
modum arguendi conſequentiæ formalis. utrobiq; .n.
arguitur ab inferiori ad ſuum ſuperius affirmatiue.

Conſequẽtia bona de materia eſt illa quæ eſt bona
& non quælibet ſibi conſimilis in forma eſt bona. ut
tu non es homo, ergo tu non es animal. iſta conſequen B
tia eſt bona: quia contradictorium conſequentis repu
gnat antecedenti. Ex prædictis ſequitur ꝙ aliqua eſt
conſequentia bona & formalis quæ non eſt bona de
forma, ſicut prædicta & quælibet iſtarum: tantum pa
ter eſt. ergo non tantum pater eſt. tu ſcis te eſſe lapidẽ.
ergo tu non ſcis te eſſe lapidem, & ſic de alijs. tu credis
præciſę quòd aliquis homo decipitur. ergo aliquis ho
mo decipitur.

De regulis generalibus conſequentiæ formalis. Cap. 2.

C

Pro regul' h⁹ ca. uide pa. 20. princ. ſ. du. et in lo. ma. ſ. 142. uſq; ad. ſ. 147. / et in. 8. tra.

FOrmalis conſequentiæ quædam ſunt regulæ uni
uerſales ponendæ ipſius inſinuantes notitiã, qua
rum prima eſt iſta. Si alicuius conſequentiæ ex
contradictorio conſequentis ſequitur cõtradictorium
antecedentis, iſta conſequentia eſt bona. ut iſta, homo
currit. ergo animal currit. quia bene ſequitur. nullum
animal currit. ergo nullus homo currit. uel nihil quod
eſt homo currit. Ex iſta regula ſequitur alia, uidelicet ſi
alicuius conſequentię contradictorium conſequentis D
non eſt illatiuum contradictorii antecedentis, illa
conſequentia non ualet. unde non ſequitur. tu loqueris;
ergò

ergo tu diſputas. quia non ſequitur. tu non diſputas er h⁹ ca. ſ.
A go tu non loqueris. Secunda regula eſt iſta. Si alicu ibi ſi ali
ius conſequentiæ antecedens eſt uerum & conſequens cui⁹ etc.
ſimiliter. quia ex falſis uerum ex ueris nil niſi uerum
ut dicit Ariſt. 2. priorum. Ex iſta ſequuntur regulæ.
Prima. Si alicuius conſequentiæ bonę conſequens eſt Cap. 2.
falſum & antecedens ſimiliter. Secunda ſi alicuius con
ſequentiæ antecedens eſt uerum & conſequens falſum:
iſta conſequentia non ualet. Ideo non ſequitur chimera
quæ currit non mouetur. ergo chimera currit. quia an
B tecedens eſt uerum, conſequens falſum. Tertia regu 3. regula
la eſt iſta. Si alicuius conſequentiæ bonæ antecedens
eſt neceſſarium, & conſequens ſimiliter eſt neceſſa
rium, ex qua ſequitur quòd ſi antecedens eſt neceſſa
rium & conſequens contingens, quòd iſta conſequen
tia non ualet. ut omnis homo eſt animal, ergo tu es
animal. Quarta regula eſt iſta. Si alicuius conſequẽ 4. regu.
tiæ bonæ antecedens eſt poſſibile, conſequens ſimili
ter eſt poſſibile, ex qua ſequitur quòd ſi antecedens eſt
poſſibile, & conſequens impoſſibile, quòd illa conſe
quentia non ualet, unde non ſequitur, omne currẽs eſt Pa. 18.
C homo, ergo hoc currens eſt homo, demonſtrando aſi princ. 3.
num, quia antecedens eſt poſſibile, conſequens impoſ du. ꝯ. 4.
ſibile. Quinta regula eſt iſta. Si aliqua eſt conſequen
tia bona, & aliquid ſequitur ad conſequens illud idem 5. regula
ſequitur ad antecedens. unde bene ſequitur, homo cur
rit, ergo animal currit. ad quod ſequitur. ergo corpus
currit. ideo bene ſequitur ad antecedens. homo currit.
ergo corpus currit. Ex iſta regula ſequuntur duæ regu
læ. Prima. quicquid antecedit ad antecedens antecedit
ad conſequens. unde quia hæc conſequentia eſt bona.
D homo currit, ergo animal currit. & hæc tu curris, ante
cedit ad iſtam. homo currit. ideo antecedit ad iſtam,

Digitized by Google

animal currit. Secunda regula a primo antecedente ad
ultimum conſequens: quando omnes conſequentię in- A
termediæ ſunt bonæ & formales & non uariatę: tunc
conſequentia eſt bona & formalis. uer. g. homo eſt, er-
go animal eſt. animal eſt, ergo corpus eſt, corpus eſt. er-
go ſubſtantia eſt, & ſic a primo ad ultimum ſequitur
Notā. formaliter. homo eſt, ergo ſubſtantia eſt. Conſequen-
tiæ intermediæ non ſunt uariatę quando conſequens
primæ conſequentiæ eſt antecedens poſterioris conſe-
quentiæ, ſicut in exemplo. Nullū tempus eſt, ergo dies
non eſt. dies non eſt, & aliqua hora eſt, ergo nox eſt,
nox eſt. ergo aliquod tempus eſt. & tamen non ſequi-
tur a primo ad ultimum: nullum tempus eſt, ergo ali- B
quod tempus eſt. propter uariationem factam, quia
primæ conſequentię fuit conſequens. dies non eſt et nō
fuit antecedens ſecundæ. ſed illa copulatiua dies non
6. regula eſt, & aliqua hora eſt. Sexta regula eſt iſta. ſi aliqua
eſt conſequentia bona, & aliquid ſtat cum anteceden-
te: illud idem ſtat cum conſequente. uer. g. ſequitur om-
nis homo currit. ergo homo currit. & cum anteceden-
te ſtat quòd aliquod animal currat: & quòd nullus aſi-
nus moueatur. & ſic de aliīs ideo quęlibet iſtarum ſtat C
cum conſequente. Ex iſta regula ſequitur alia. uidelicet
quicquid repugnat conſequenti repugnat antecedenti:
7. regu. patet iſta regula. diſcurrendo per omnia. Septima re-
gula. Si aliqua eſt conſequentia bona ſcita a te eſſe bo-
na, & antecedens eſt concedendum a te, et conſequens
eiuſdem eſt concedendum a te. ex qua ſequuntur duæ
aliæ, Prima, Si conſequens eſt a te negandum & an-
tecedens ſimiliter. Secunda, Si antecedens eſt conce-
dendum a te & conſequens negandum, iſta conſequen- D
tia non ualet. uerbi gratia omnis homo eſt. ergo anti-
8. regula chriſtus eſt. Octaua regula. Si aliqua eſt conſe-

quentia bona ſcita a te eſſe bona. & antecedens eſt ſci-
A tum a te, conſequens eiuſdem eſt ſcitum a te. ut tu es
homo. ergo tu es animal. & notanter dicitur ſcita a
te eſſe bona. quia iſta conſequentia eſt bona. brunel-
lus eſt aſinus, ergo brunellus eſt rudibilis. & antece-
dens eſt ſcitum ab aliquo a quo tamen non eſt ſcitum
conſequens. quia forte neſcit conſequentiam illam eſſe
bonam. quare &c.

De regulis con. for. pœnes ſuperius, atq; inferius. Cap. 3.

NVnc ſequuntur particulares regulæ conſequen-
B tiæ formalis pœnes ſuperius & inferius mate-
riam concernentes. Quarum prima eſt iſta. Ab Prima
inferiori ad ſuum ſuperius affirmatiuę, ſine diſtributio regula
ne: & ſine ſigno confuſionis impediente: eſt bona con Vide
ſequentia. ut homo currit ergo animal currit. Secūda de his in
regula eſt iſta. Ab inferiori ad ſuum ſuperius diſtribu- lo. ma. a
tiuę, uel confuſę tm̄ immobiliter non ualet conſequen- fo. 149.
tia, quia non ſequitur. omnis hō currit: ergo oē animal uſq; ad
currit. nec ſequitur, nullus hō currit, ergo nullū animal fol. 158.
currit. Et notanter dr̄ uel confuſę tm̄ immobiliter, quia 19. pric.
C non ſequitur. ſi homo eſt aſinus, hō eſt rudibilis, ergo i. du. &
ſi homo eſt animal, hō eſt rudibilis, Sed arguendo con in tra. 8.
fuſę tm̄ mobiliter, eſt bonum argumentum. uer. g. om- h^a. ca. 2.
nis homo eſt animal: ergo omnis homo eſt ſubſtātia:
Tertia regula eſt iſta. Ab inferiori ad ſuum ſuperius 3. regula
negatione poſtpoſita et cum debito medio, eſt bonum
argumentum. uer. g. tu non curris, & tu es homo: ergo
homo non currit. Et notanter dicitur, cum debito me-
dio: quia ſine iſto non ualet argumentum. unde non ſe-
quitur, tu non es animal, ergo homo non eſt animal,
D quia antecedens eſt poſſibile, conſequens impoſſibile:
Quarta regula eſt iſta. A ſuperiori ad ſuum inferius 4. regu.

Digitized by Google

affirmatiue & ſine diſtributione: non ualet argumen-
tum, quia non ſequitur, animal currit, ergo homo cur-
5. regula rit. Quinta regula eſt iſta. A ſuperiori ad ſuum infe- A
rius affirmatiuæ diſtributiuæ non ualet argumentum,
niſi cum debito medio: quia non ſequitur. omne ani-
mal currit. ergo omnis homo currit. Tu differs ab aſi-
no: ergo tu differs a brunello, ſed cũ debito medio eſt
bonum argumentum. ut tu differs ab aſino, brunellus
6. reg. eſt aſinus, ergo tu differs a brunello. Sexta regula eſt
iſta. A ſuperiori ad ſuum inferius negatione prępoſita
eſt bonum argumentum. unde bene ſequitur. nullum
animal currit, ergo nullus homo currit, et intelligitur
iſta regula de negatione diſtribuente ſuperius: quia ſi B
non diſtribueret: non ualeret argumentum. unde non
ſequitur. non nullum animal currit: ergo non nullus ho
mo currit, nec ſequitur. non omne animal currit: ergo
non omnis homo currit: patet enim ꝙ cuiuslibet iſta-
rum contradictorium conſequentis ſtat cum antece-
dente: quare. &c.

De regulis pœnes propoſitiones quantas. Cap. 4.

Pro hoc REgulas aliquas tangentes quantitatem propo-
ca. uide ſitionum ſeriatim propono. Quaruȝ prima eſt C
Pau. 10. iſta. Ab uniuerſali ad ſuam particularem uel in
prin. 4. definitam, quæ uocatur ſibi ſubalterna, eſt bonum ar-
du. & in gumentum. uer. gra. omne animal currit: ergo aliquod
8. tract. animal currit. nullum animal currit: ergo animal non
h9. ca. 3. currit. Secunda regula eſt iſta. A particulari uel in-
29. prin. definita ad ſuam uniuerſalem non ualet argumentum:
3. du, 10. niſi forte gratia materiæ: unde non ſequitur, aliquis ho
mo currit: ergo quilibet homo currit. nec ſequitur ani-
mal non currit: ergo nullum animal currit. ſed aliquan D
do tenet gratia materiæ, aut quia conſequens eſt neceſ-
ſarium, uel impoſſibile. aut quia contradictorium con

ſequentis repugnat antecedenti. unde bene ſequitur. ali
A quis homo eſt: ergo omnis homo eſt, aliquis homo nõ
eſt: ergo nullus homo eſt. Tertia regula eſt iſta. Ab uni Pau. in
uerſali affirmatiua ad omnes ſuas ſingulares tam col- lo. ma. f.
lectiuæ quàm diuiſiuæ ſumptas, cum debito medio: 111. col.
eſt bonum argumentum. & econuerſo collectiuę. uer. i. et. fol.
gra. collectiuæ. omne animal currit, & hęc ſunt omnia 112. col.
animalia, ergo hoc animal currit, et hoc animal currit, i. 3. prin.
& ſic de ſingulis. Exemplum diuiſiuæ. omne animal 3. du.
currit, & hoc eſt animal, ergo hoc animal currit. Simi-
liter ſequiẽ econuerſo. hoc aĩal currit. et hoc aĩal currit:
et ſic de ſingulis, & hęc ſunt oĩa animalia, ergo oẽ aĩal
B currit. Et notanter dicitur cum debito medio: quia ſine
illo non ualeret argumentum, niſi gratia materię. unde
nõ ſequitur. omnis homo ẽ animal ergo iſte homo eſt
animal & iſte homo eſt animal, & ſic de ſingulis. quia
antecedens eſt neceſſarium et conſequens contingens:
quia eſt una copulatiua: cuius quælibet pars eſt contin 6. ſoph.
gens & nulla alteri repugnat, tamen ſequitur aliquan- ibi intel
do gratia materiæ. ut omnis homo eſt aſinus: ergo iſte lectus ẽ.
homo eſt aſinus. & omnis ſol lucet, ergo iſte ſol lucet,
C quia in prima antecedens eſt impoſſibile, & in ſecun-
da conſequens eſt neceſſarium. Quarta regula eſt
iſta. Ab uniuerſali negatiua ad quamlibet ſuam ſingu
larem, eſt bona conſequentia, ſiue arguatur cum debi-
to medio ſiue non: ſed econuerſo nõ tenet, niſi cum de-
bito medio. uer. gr. nullus homo currit, ergo iſte homo
non currit, & iſte homo non currit. & ſic de ſingulis.
ſed econuerſo non ſequitur. nec iſte homo currit, nec il-
le homo currit, et ſic de ſingulis, ergo nullus homo cur
D rit, quia poſt mille annos erit antecedens uerum et con
ſequens falſum. ſed bene ſequeretur dicendo. et iſti ſunt
oĩs homines maſculi. Quinta regula eſt iſta. A parti-

Digitized by Google

culari ad ſuam indefinitam & econuerſo tam affirma-
tiuę quam negatiuę, eſt bona conſequentia. uer. gr. animal A
non currit ergo aliquod animal non currit, & econuer
ſo. Similiter, aliquis aſinus mouetur: ergo aſinus moue-
tur, & econuerſo. Sexta regula eſt iſta. A particulari
uel indefinita ad omnes ſuas ſingulares diſiunctiuas
ſumptas cum debito medio, eſt bonum argumentum.
ut homo currit, & iſti ſunt omnes homines, ergo iſte
homo currit, uel iſta, homo currit, & ſic de ſingulis. Et
notanter dicitur cum debito medio, quia ſine illo non
ualet argumẽtum. ut homo eſt animal, ergo iſte homo
eſt animal, uel iſta, homo eſt animal, et ſic de ſingulis.
quia antecedens eſt neceſſarium, et conſequens contin B
gens. quia eſt una diſiunctiua, cuius quælibet pars eſt
contingens, nec una alteri repugnat: nec ſuum contra-
dictorium eſt impoſſibile. quare &c.

De regulis pœnes propoſitiones non
quantas. Cap. 5.

DE propoſitionibus non quãtis ſicut ſunt exclu-
ſiuę & exceptiuæ, ſit hæc prima regula. Ab ex-
cluſiua ad ſuam uniuerſalem de terminis tran- C
ſpoſitis, eſt bona conſequentia, & econuerſo. ut tantũ
homo currit. ergo omne currens eſt homo. Similiter
econuerſo. omne animal mouetur, ergo tantum quod
mouetur eſt animal. Secunda regula eſt iſta. Ab ex-
ceptiua negatiua ad excluſiuam ſibi correſpondentem.
eſt bona ꝯña. ut nihil præter ſor. currit: ergo tm̃ ſor. cur-
rit. et econuerſo. ut tm̃ homo eſt riſibilis, ergo nihil pre-
ter hominẽ eſt riſibile. Tertia regula eſt iſta. Ab infe-
riori ad ſuum ſuperius a parte ſubiecti dictione exclu-
ſiua addita eidem, eſt bona ꝯña. unde bñ ſequitur tm̃ D
hõ currit, ergo tm̃ aĩal currit, qa arguiẽ ab inferiori ad
ſuum ſuꝑius confuſę tm̃ mobiliter. Quarta regula eſt.

Vide in lo. ma. f. 35. co. 4 et fo. 36. col. 3. ſo- phi. 39. col. i. 2. 18. prin. i du. 41 eiuſdem & 42. Pau. in

iſta. Ab inferiori ad ſuũ ſuꝑius a parte ꝑdicati dictiõe
A excluſiua addita ſubiectis, non ualet argumentum. vñ
non ſequiẽ. tm̃ homo eſt hõ, ergo tm̃ homo eſt animal:
quia arguitur diſtributiuę, ſed econuerſo bene ſequitur
cum debito medio. ut tm̃ homo eſt riſibilis, ſortes eſt
hõ, ergo tantum hõ eſt ſortes. Quinta regula ſequens
correlarie ex prædictis eſt iſta. q a termino ſtante con
fuſę tantum, uel determinate ad eundem ſtantem con-
fuſę diſtributiuę, non ualet argumentum. ut hõ eſt ani
mal, ergo tantum homo eſt animal. tu differs ab omni
homine, ergo tu differs ab homine. Sexta regula eſt
iſta. A termino ſtante confuſę diſtributiuę ad eundem
B ſtantẽ determinate, eſt bonum argumentum. ut tantũ
hõ eſt animal, ergo homo eſt animal. tu es aliud ab ani
mali, ergo tu es aliud ab omni animali. Septima re-
gula eſt. A termino ſtante confuſę tantum ad eundem
ſtantem determinate reſpectu eiuſdem ſincategorema
tis uel diſtributionis, non ualet argumentum, ut tantũ
homo eſt animal, ergo homo eſt oẽ animal: omnis ho-
mo eſt animal, ergo animal eſt omnis homo.

lo. ma. fol. 40. colũ. 4.

C De regulis pœnes terminos pertinentes
& impertinentes. Cap. 6.

POnendæ ſunt regulæ pertinentium atq; imperti-
nentium terminorum quarum prima eſt iſta.
Ab affirmatiua unius diſperati ad negatiuam al-
terius: eſt bonum argumentum. ut tu es homo. ergo tu
non es aſinus, tu curris ergo tu non ſedes. tu es albus,
ergo tu non es niger. Sed econuerſo non ſequitur, quia
ex negatiua non ſequitur affirmatiua. Secunda re-
gula eſt iſta. Quandocunq; ſunt aliquæ duæ propoſi-
D tiones, quarum ſubiecta conuertuntur atq; prædicata:
manente conſimili denominatione, ab una ad reliquã,
eſt bonã conſequẽtia, ut tu es hõ, ergo tu es aĩal rõnale.

Qm̃ pa. bis i b c. v3. & in 6. regul. dicat ex negati- ua nõ ſe

Digitized by Google

ġaffir- & econuerſo. Et notanter dicitur manente conſimili
matiua; denominatione, quia ſi una eſſet affirmatiua, & alia A
uide ip- negatiua, non conuerterentur. ut tu es homo, & tu non
ſam. 22. es homo. Item ſi una eſſet quanta una quantitate, &
princ. 3. alia, alia quantitate uel nulla, non oporteret iſtas con
du. to. /i uerti. ut omne animal eſt homo, aliquod animal eſt ho
lo. ma. f. mo: & tantum animal eſt homo. Tertia regula eſt
103. col. iſta. Ab uno conuertibili ad reliquum, eſt bona conſe-
3.8. trac. quentia. ut tu es homo ergo tu es riſibilis. & econuer-
h⁹ ca. 7. ſo brunellus eſt rudibilis, ergo brunellus eſt aſinus.
/ſophi. Quarta regula eſt iſta. Ab uno correlatiuorum ad
34. ꝯ. 4. reliquum, propoſitionibus exiſtētibus de ſecundo ad-
Pa. 46. iacente: eſt bonum argumentum. ut duplum eſt: ergo B
prin. 4. dimidium eſt: & econuerſo. Et notanter dicitur, de ſe-
du. to. / cundo adiacente. quia non ſequitur. a. eſt duplum: er-
go. a. eſt dimidium. pater eſt barbatus, ergo filius eſt
18. eiuſ- barbatus. Quinta regula eſt iſta, A termino priuati-
dē to. uo ad terminum infinitum eſt bona conſequentia. ſed
In lo. m. non econuerſo. ut tu es iniuſtus, ergo tu es non iuſtus:
fol. 105. ſed non ſequitur econuerſo. lapis eſt non iuſtus, ergo la
colū. 3. pis eſt iniuſtus. antecedens enim eſt uerum, conſe-
In lo. /quens falſum ut patet. quia quicquid eſt iniuſtum po- C
ma. fol. teſt eſſe iuſtum. ſed lapis nō poteſt eſſe iuſtus, ergo nec
106. col. poteſt eſſe iniuſtus. Sexta regula. Ab affirmatiua de
pri. /9. prædicato priuatiuo, uel infinito ad negatiuam de præ
princ. ꝑ. dicato finito, eſt bona conſequentia. ut tu es cæcus. er-
du. ſolu. go tu non es uidens. tu es non homo: ergo tu non es ho
In lo. m. mo. ſed econuerſo non ualet argumentum. quia ex ne-
fo. 107. gatiua non ſequitur affirmatiua. Septima regula
co. pri. / eſt iſta. A negatiua de prædicato finito: cum debito
29. pric. medio, ad affirmatiuam de prædicato infinito eſt bo- D
du. ſolu. na conſequentia. ut tu non es aſinus, et tu es. ergo tu es
non aſinus.

Cap. 7.

A COrreſpondenter ad prædicta aliæ regulæ infe- pro to.
runtur. quarum prima eſt iſta. ab omnibus ex- iſto ca.
ponentibus ſimul ſumptis ad ſuum expoſitum: uide. 8.
eſt bona conſequentia: & econuerſo. Et eſt regula iſta tract. hu
uniuerſalis quibuſcūq; ꝓpoſitionibus exponibilibus: ius i ca.
ut uniuerſalibus, excluſiuis, exceptiuis & huiuſmodi. 6.
unde bene ſequitur. homo currit et nihil eſt homo quin
illud currat. ergo omnis homo currit. & econuerſo. Si-
militer homo currit & nihil non homo currit. ergo tā-
tum homo currit. & contra. Secunda regula eſt iſta. Sophi.
Ab omni exponibili ad quamlibet ſuarum exponen- ult. ꝯ. 4.
B tium eſt bona conſequentia. ſed non econuerſo, niſi gra 18. prin.
tia materię. uer. g. omnis homo currit, ergo nihil eſt ho du. pri.
mo quin illud currat, ſed non econuerſo, quia ex negati cōm. 4.
ua non ſequitur affirmatiua. Aliquando tamen tenet cor. i.
gratia materię: ut homo eſt aſinus. ergo tantum homo
eſt aſinus: quia antecedens eſt impoſſibile. Tertia re
gula eſt iſta. Ex cuiuslibet exponentis contradictorio
ſequitur contradictorium expoſiti: ſed non econuerſo,
unde bene ſequitur aliquid non homo currit. ergo non
C tantum homo currit. ſed non econuerſo. quia ex nega-
tiua non ſequitur affirmatiua. Quarta regula eſt iſta.
A reſoluentibus ad reſolutum eſt conſequentia bona,
ſed non econuerſo. ut hoc currit, & hoc eſt homo, ergo
homo currit. non tamē ſequitur. homo currit, ergo hoc
currit & hoc eſt homo: quia poſt mille annos erit, ante-
cedens uerum & conſequens falſum. Quinta regu-
la, Ab officiantibus ad officiatum eſt bona conſequen
tia, ſed non econuerſo. ut iſta propoſitio eſt uera: homo
D eſt animal, quę adequatę ſignificat hominem eſſe ani-
mal: ergo uerum ē hominem eſſe animal ſed non econ
uerſo, quia antecedens foret neceſſarium, & conſequēs

Digitized by Google

contingens. Sexta regula eſt iſta. A deſcriptione ad deſcriptum eſt bona conſequentia: & econuerſo ut intelligo aliquid ſub ratione qua homo, ergo intelligo hominem & econuerſo intelligo hominem. ergo intelligo aliquid ſub ratione qua homo. Septima regula. A ſenſu compoſito ad ſenſum diuiſum, & econuerſo, non ualet argumẽtum. ut neceſſario homo eſt animal. ergo homo neceſſario eſt animal. antecedens enim eſt uerum conſequens falſum. Etiam non ſequitur, album poſſibile eſt eſſe nigrum, ergo poſſibile eſt album eſſe nigrum. Octaua regula eſt iſta. Ab una cauſa ueritatis ad propoſitionem habentem illam cauſam eſt bona conſequentia, ſed non econuerſo. ut dum homo currit riſibile currit, ergo homine currente riſibile currit. iſta conſequentia eſt bona, ſed non econuerſo, homine currente riſibile currit, ergo dum homo currit, riſibile currit, quia poſito ꝙ nihil currat, eſt tunc conſequens falſum, cum aſſerat hominem currere. & tamen antecedens eſt uerum, quia cõcluditur eius ueritas per aliam cauſam ueritatis. ut ſi homo currit riſibile currit, ergo homine currente riſibile currit. Dicatur ergo ꝙ propoſitio denominata ab ablatiuo conſequentię habet tres cauſas ueritatis ſ. conditionalem, temporalem, & caſualem, a quarum qualibet ualet conſequentia ad propoſitionem habentem illas cauſas. ſed non econuerſo.

Pau. ſophiſ. 48. 1. princ. to. 18. pri. pri. du. to.

Nona regula eſt iſta. Ab actiua ad ſuam paſſiuam eſt conſequentia bona, & econuerſo. ut ſor. amat platonem, ergo pla amatur a ſor. et econuerſo. Decima regula eſt iſta. A tertio adiacente ad ſecundum adiacens affirmatiue, ſine termino diſtrahente, eſt conſequentia bona. ut tu es homo ergo tu es. Notanter dicitur, affirmatiue, quia non ſequitur. tu non es aſinus, ergo tu non es, dicitur etiam ſine termino diſtrahente,

Pau. 41 princ. 3. du. to. / 18. prin. pri. du. 10. 2. cõ. 4. in lo. ma. ſol.

quia non ſequitur. antichriſtus eſt futurus, ergo antichriſtus eſt.

102. col. 3. & ſol. 58. co. 3.

De regu. pœnes propoſitiones hypotheticas. Cap. 8.

VLtimo de propoſitionibus hypotheticis eſt dicendum modo priori regulas aſſignando. quarum prima eſt iſta. A copulatiua affirmatiua ad alteram eius partem principalem eſt bona conſequentia, & non econuerſo, niſi gratia materiæ, ut tu curris, & tu diſputas, ergo tu diſputas. ſed non ſequitur tu diſputas, ergo tu curris & tu diſputas. aliquando tamen tenet gratia materiæ ſiue terminorum ſcilicet quãdo copulatiua fit ex duabus partibus, quarum una antecedit ad aliam, tunc ab iſta parte quæ antecedit, ad totam copulatiuam eſt bona conſequentia. ut tu es homo, ergo tu es homo & tu es animal, tu curris. ergo tu curris & tu moueris. Et notanter dixi. affirmatiua. quia a copulatiua negatiua ad alteram partem non ualet conſequentia. uer. gra. non tu es homo & tu es aſinus, ergo tu es aſinus. quia antecedens eſt uerum conſequens falſum. Ex iſta regula ſequitur ꝙ a toto copulato ad alteram partem eſt conſequentia bona. ut ſor. et pla. currunt. ergo ſor. currit.

Pro 10. ca. uide in. 8. tra. hꝰca. ul. & in lo. ma. ſol. 130. & 131. / 24 pri. pri. du. corr. 2. cõ. 1.

Secunda regula eſt iſta. A parte principali diſiunctiuę affirmatiuæ ad totam diſiunctiuam. eſt bonum argumentum. ſed non ecõuerſo. ut tu curris, ergo tu curris uel tu es aſinus: ſed econuerſo non ſequitur. quia non ſequitur, tu curris uel tu es aſinus, ergo tu es aſinus. Aliquando tamen tenet gratia materiæ ſcilicet quando diſiunctiua fit ex duabus partibus, quarum una ſequitur ad reliquam, tunc a diſiunctiua ad iſtam partem quę ſequitur, eſt bonum argumentum. ut tu es homo, uel tu es animal ergo tu es animal, tu es albus uel tu es coloratus, ergo tu

In lo. m. ſo. 132. col. 2. & ſol. 133. col. 4. / 45. pri. i. du. to.

Digitized by Google

40.pri. es coloratus. Ex iſta regula ſequitur ꝙ a parte diſiun-
pri.du. cti ad totum diſiunctum eſt bona conſequentia. ut ho- A
to. mo currit, ergo homo uel aſinus currit. Tertia regu-
la eſt iſta. A diſiunctiua affirmatiua cum deſtructione
unius partis ad alteram partem, eſt bona conſequen
tia. ut tu curris uel tu ſedes: ſed tu non curris. ergo tu ſe-
In lo.m. des. Quarta regula eſt iſta. A copulatiua negatiua
fol. 134. ad diſiunctiuam affirmatiuam factam de partibus cō
col.i.ſo- tradictorijs copulatiuę affirmatiuę, eſt bona cōſequen
phi. 11. tia. ut non tu es homo & tu es aſinus: ergo tu non es ho
4. mo uel tu non es aſinus, & econuerſo. Et nota ꝙ copu-
latiua affirmatiua habet duo contradictoria quorum
unum eſt copulatiua negatiua in qua præponitur ne- B
gatio: & reliquum eſt una diſiunctiua facta de parti-
bus oppoſitis ipſius copulatiuæ. quare oportet ꝙ co-
pulatiua negatiua & diſiunctiua affirmatiua inuicem
conuertantur. uer. g. tu es homo & tu es aſinus: habet
duo contradictoria: quorum unum eſt hoc. nō tu es ho
mo & tu es aſinus. ſecundum uero eſt illud. tu non es
homo uel tu non es aſinus. Quinta regula eſt iſta. A
diſiunctiua negatiua ad copulatiuam affirmatiuam
factam de partibus oppoſitis diſiunctiuæ affirmatiuę C
eſt bonum argumentum, & econuerſo. ut non tu cur-
ris uel tu ſedes: ergo tu non curris & tu non ſedes &
ecōuerſo. Et ratio quia omnis diſiunctiua affirmatiua
habet contradictorium per negationem præpoſitam
toti: et per copulatiuam factam de partibus oppoſitis.
ut tu curris uel tu ſedes: huic contradicit quælibet iſta-
In lo.m. rum. non tu curris uel tu ſedes, uel tu non ſedes. Sex-
fol. 137. ta regula eſt iſta. A conditionali affirmatiua cum ſuo
colū. 4. antecedente ad conſequens eiuſdē. eſt bona conſequen D
47. pri. tia. ut ſi tu es homo tu es animal, ſed tu es homo: ergo
du.i. 10. tu es animal. Septima regula eſt iſta. A conditiona-

li affirmatiua cum contradictorio cōſequentis ad con
A tradictorium antecedentis eſt bona conſequentia, ut ſi
antichriſtus eſt albus antichriſtus eſt coloratus, ſed an
tichriſtus non eſt coloratus, ergo antichriſtus non eſt
albus. Et notanter dixi in ambabus regulis affirmati-
ua, quia de negatiua non tenent huiuſmodi regulæ.

Explicit tertius tractatus, qui conſequentiarum intitulatur.

Incipit quartus, qui de terminorum probationibus tractat.

B

De reſolubilibus. Cap. primum.

QValiter propoſitiones probentur illatiuæ
præſenti: doctrina dignoſcitur ſatis plene,
& primo a reſolutione eſt inchoādum, quia Vide in
indefinitę particulares et ſingulares de ſubie lo.ma.f.
cto non pronomine demonſtratiuo, reſolubiliter infe- 13.co. 2.
runtur. Quælibet ergo talis eſt taliter inferenda. ut pro et.f. 42.
antecedente ſummantur duo demonſtratiua: in quo- col. 4.
rum primo prædicetur prædicatum reſoluendæ, in ſe- 7. huius
C cundo ſubiectum. uer. gra. homo currit: ſic reſoluitur. ca. 5. / 8.
Hoc currit, & hoc eſt homo, ergo homo currit. Exem- princi.
plum in obliquo. hominis eſt aſinus, huius eſt aſinus, 3. dub.
& hoc eſt homo, ergo &c. Et ita in alijs caſibus ſingu col. 2.
laribus numeri dicatur. Exemplum in numero plura-
li. homines currunt hæc currunt & hæc ſunt homines.
ergo &c. Exemplum in obliquo. aliquorum contradi
ctoriorum alterum eſt uerum. Horum alterum eſt ue-
rum. & hæc ſunt contradictoria. ergo &c. Et ita dica-
D tur in aliis caſibus: ita ꝙ ſemper prima demonſtratiua
ſit eiuſdem caſus cum reſoluenda. ſecunda uero conti-
nue in recto ſumatur. Sed propoſitiones de uerbo

ampliatiuo eodem modo probantur, excepto hoc, q̄ ſecunda demonſtratiua debet eſſe de uerbo diſiuncto uerbi ſubſtantiui de præſenti, & eiuſdem de præterito uel futuro, aut alterius. uer. gra. homo currebat, ſic reſoluitur. Hoc currebat, & hoc eſt uel erat homo. ergo &c. Item homo diſputabit. Hoc diſputabit, et hoc eſt uel erit homo. ergo &c. Ita quòd uerbum ſubſtantiuum ſumptum ſecundo loco ſit ſemper conſimilis temporis cum uerbo reſoluendæ propoſitionis. Sed quando propoſitionis reſoluendę uerbum principale eſt ly poteſt, contingit, incipit, uel deſinit. ſecunda propoſitio erit de ſecundo uerbo conſimili. ut homo poteſt eſſe albus: Hoc poteſt eſſe album, & hoc eſt uel poteſt eſſe homo. ergo &c. Item album incipit eſſe nigrum, hoc incipit eſſe nigrum, & hoc eſt uel incipit eſſe album. ergo & cætera. Et ita dicatur in plurali ut prius. Modus conſimilis eſt tenendus in propoſitionibus de extremo copulato uel diſiuncto. ut homo uel aſinus currit, ſi totum diſiunctum eſt ſubiectum reſoluatur ſic. hoc currit, & hoc eſt homo uel aſinus. ergo &c. Si autem prima pars fuerit ſubiectum ſic reſoluitur. hoc uel aſinus currit, & hoc eſt homo. ergo &c. Et ita dicendum eſt in illis de copulato, & conditionato ſubiecto. ut homo & aſinus currit, propoſitio ſi eſt impoſſibilis eſt falſa. Idem eſt dicendum de particulari & ſingulari reſolubili affirmatiua ſicut de indefinita. ut aliquis homo diſputat, ſor. currit. Sed particularis uel indefinita negatiua habet duplicem modum probandi. Primus dictus eſt. ut hoc non currit, & hoc eſt homo: ergo homo non currit. ubi autem uideatur quòd iſte modus non deſeruiat ſumatur contradictorium illius. ut chimera non currit. hæc indefinita probari non poteſt per duo demonſtratiua;

Vide in Io.ma.ſ. 13.co.3./ 4. prin. 2. ſophi. ſi.

quia ſemper ſecunda eſſe falſa ſcilicet iſta hoc eſt chimera. ideo ad ueritatem uidendam iſtius ſumatur eius contradictorium ſcilicet omnis chimera currit. & quia hæc eſt falſa, ideo illa eſt uera. Conſimiliter eſt dicendum in aduerbiis ubi ſubiectum fuerit aduerbium habens terminum infra ſe. ut aliquando tu es, nunc tu es, & nunc eſt aliquando. ergo & cętera. Item heri tu fuiſti, tunc tu fuiſti, & tunc eſt uel fuit heri. ergo & cætera. Item ante. a. tu diſputabis, tunc tu diſputabis & tunc eſt uel erit ante. a. ergo & cętera. Item alicubi tu es, ibi tu es, & ibi eſt alicubi. ergo & cætera. Et ita de præterito & futuro dicatur, ut dictum eſt de præſenti. Ex prædictis infero quòd etiam probandæ ſunt propoſitiones indefinitæ & particulares de uerbo ſubſtantiuo præſentis temporis, & prædicato participio, ſicut propoſitiones de uerbo principali illius participij. uolo dicere, quòd ita probanda eſt hæc reſolubiliter. Adam eſt præteritus, ſicut illa. Adam fuit, & iſta antichriſtus eſt futurus. ſicut illa antichriſtus erit. ut hoc eſt futurum, & hoc eſt uel erit antichriſtus; ergo antichriſtus eſt futurus. Aliquis homo eſt interfectus. hoc eſt interfectum, & hoc eſt uel fuit aliquis homo. ergo & cætera. Item ſor. eſt potens eſſe. hoc eſt potens eſſe, & hoc eſt uel poteſt eſſe ſor. ergo & cætera. Iuxta prædicta ſequitur ueritas multarum propoſitionum. prima eſt iſta. Senex erit puer, probatur, hoc erit puer, & hoc eſt uel erit ſenex. ergo & cætera. demonſtrando unum qui eſt puer & erit ſenex. Secunda propoſitio. Puer fuit ſenex. probatur, hoc fuit ſenex & hoc eſt uel fuit puer: ergo demonſtrando unum ſenem. Tertia propoſitio. Album fuit quando non fuit album probatur. &

Digitized by Google

pono q tu ſis albus,& continue ante hoc fueris niger. iſto poſito,hoc fuit quando non fuit album. & hoc eſt uel fuit album. ergo &c. A Quarta propoſitio. Pater erit quando non habebit filium neq; filiam. probatur. hoc erit quando non habebit filium neque filiam, & hoc eſt uel erit pater. ergo &c. demonſtrando unum patrem qui remanebit poſt mortem filiorum & filiarum. Quinta propoſitio. Aliquo maiori te & quolibet minori te tu es minor, probatur. iſto tu es minor, demonſtrando unum minorem te. & hoc eſt maius te et quolibet minori te.ergo &c. Sexta propoſitio. Aliquo minori te,& quolibet maiori te tu es maior. B probatur,iſto tu es maior,demonſtrando unum minorem te. & hoc eſt minus te & quolibet minori te ergo &c. Septima propoſitio. Album poteſt eſſe nigrum.probatur.hoc poteſt eſſe nigrum. demonſtrando te.& hoc eſt uel poteſt eſſe album. ergo &c. & ita probatur iſta.ſedentem poſſibile eſt currere. Octaua propoſitio.uerum eſt quod mundus non fuit. probatur.hoc eſt quod mundus non fuit. demonſtrando illam.tu eſt, & hoc eſt uerum. ergo &c. Nona propoſitio. Neceſſarium eſt quod deus nunquam erit.probatur. C hoc eſt quod deus nunquam erit. demonſtrando cœlum, & hoc eſt neceſſarium. ergo &c. Decima propoſitio. Poſſibile eſt quod nihil fuit & quod nihil erit.probatur.hoc eſt quod nihil fuit & quod nihil erit. demonſtrando inſtans præſens,& hoc eſt poſſibile.ergo &c. Vndecima propoſitio. Candela lucens eſt extincta.probatur.hoc eſt extinctum. demonſtrãdo candelam iam extinctam quę prius fuit lucens et hoc eſt uel fuit candela lucẽs. ergo &c. D Duodecima propoſitio. Viuũ eſt mortuũ.probaẽ.hoc eſt mortuũ demõſtrando Adã,& hoc ẽ uel fuit uiuũ.ergo &c,

Soph. 43. cor. dub. p⁹ 4.con

De propoſitionibus

De propoſitionibus uniuerſalibus. Cap. 2.

A VNiuerſalis propoſitio affirmatiua exponibiliter probatur per ſuam præiacentem & uniuerſalem negatiuam ſibi correſpondentem.ut omnis homo currit exponitur ſic.homo currit,& nihil eſt homo quin iſtud currat.ergo &c. Exemplum in numero plurali.omnes homines currunt. Homines currunt; & nulla ſunt homines quin.illa currant.ergo et cętera. Conſimiliter in obliquis caſibus præter hoc quòd in negatiua exponente ponatur ſubiectum uniuerſalis ſemper in recto,& relatiuum in obliquo conſimili cũ B obliquo propoſitionis exponendę.ut cuiuslibet hominis aſinus currit,hominis aſinus currit.& nihil eſt homo quin illius aſinus currat. ergo &c. Item omnium contradictoriorum altera pars eſt uera, contradictoriorum altera pars eſt uera. & nulla ſunt contradictoria quin,illorum altera pars ſit uera.ergo etc. ita q ſemper relatiuum ſequatur ly quin, poſtremo omnis terminus qui ſe tenet a parte prædicati. Et ita in alijs caſibus eſt dicendum. Modo conſimili probantur propoſitiones uniuerſales de uerbo ampliatiuo pter hoc quod C in ſecunda exponente ponitur uerbum diſiunctum: ut in reſoluentibus,uer.gra.omnis homo fuit, ſic exponitur.Homo fuit & nihil eſt uel fuit homo:quin illud fuerit. ergo &c. Item omne album diſputabit. Album diſputabit,& nihil eſt uel erit album quin illud diſputabit.ergo &c. Item omne album poteſt eſſe nigrum. Album poteſt eſſe nigrum, & nihil eſt uel poteſt eſſe album quin illud poſſit eſſe nigrum.ergo etc. Item omnis homo incipit diſputare.homo incipit diſputare.& nihil eſt uel incipit eſſe homo quin illud incipiat diſpu- D tare.ergo &c. in obliquis caſibus etiam conſimiliter exponatur tenẽdo modũ priorem de relatiuo. Cõſi-

Pro toto iſto ce.uide in lo.m. a fo.14. uſq; ad fol.16.&. princ.3. du.cor. pri.cõ.1 28.prin. 4. dub. cõmẽ,3.

Digitized by Google

militer exponuntur propoſitiones de præſenti haben-
tes prędicatum participium alicuius uerbi ampliatiui. A
ut omnis homo eſt præteritus, exponitur ſic homo eſt
præteritus, & nihil eſt uel fuit homo quin illud ſit præ
20.prin. teritum. ergo &c. Item omne album eſt generandum.
3. dub. Album eſt generandum & nihil eſt uel erit album quin
co./ ſo- illud ſit generandum. Sed propoſitiones de ſubiecto
phi. cõ. compoſito poſſunt dupliciter exponi, ſecundum quod ſu-
16. biectum poteſt eſſe totum cõpoſitum uel pars ut om-
nis homo uel aſinus eſt aſinus. Si ſubiectum eſt totum
diſiunctum, ſic exponitur. homo uel aſinus eſt aſinus,
& nihil eſt hõ uel aſinus quin illud ſit aſinus. ergo &c.
Si uero præciſę prima pars eſt ſubiectum: ſecunda ex- B
ponens erit iſta. Nihil eſt homo quin illud uel aſinus
ſit aſinus, & ſic iſta uniuerſalis erit falſa primo modo
ſecundo modo uera. & ita de aliis dicatur. cuiuſcunque
compoſitionis exiſtant uel caſus. Vniuerſalis autem
negatiua non exponitur ſed dupliciter probatur. aut per
ſua ſingularia: aut per ſuum contradictorium. uer. gra.
nullus homo eſt chimera. probatur ſic primo modo
nec iſte homo eſt chimera: nec ille homo eſt chimera,
In lo. & ſic de ſingulis. ergo &c. Secũdo modo probatur ſic. C
ma. fol. Iſta propoſitio eſt falſa. aliquis homo eſt chimera, &
24. co. 1. iſta contradicit iſti, nullus homo eſt chimera. ergo hæc
eſt uera. Et communiter in omnibus aliis talis modus
ſeruetur. Ex prædicto modo probandi propoſitio-
nes uniuerſales affirmatiuas infero aliquas propoſitio
nes. Prima eſt iſta. Omne quod fuit eſt. probatur. Ali-
quid quod fuit eſt, & nihil eſt quod fuit quin illud ſit.
ergo &c. maior eſt manifeſta: & ſimiliter minor. quia
ſuum contradictorium eſt falſum. videlicet aliquid eſt quod D
fuit quod non eſt. hæc namque eſt implicatio contradi-
ctionis. & ita conceditur quod omne quod erit & omne

quod poteſt eſſe eſt & etiam omne quod eſt intelligi-
A bile aut imaginabile eſt. patet quęlibet iſtarum ex ſuis
exponẽtibus: in quarum negatiua non debet poni uer-
bum diſiunctum. quia uerbum principale ipſius uni-
uerſalis eſt ſolummodo uerbum de præſenti abſque par-
ticipio ſubſequentię alicuius uerbi ampliatiui. Secun
da propoſitio. Omne quod non fuit eſt. probatur. Ali-
quid quod non fuit eſt. ſicut inſtans pręſens. et nihil eſt,
quod non fuit quin illud ſit. ergo &c. ſecunda exponẽs
iterum eſt uera. quia ſuum contradictorium implicat
contradictionem, uidelicet aliquid eſt quod non fuit
B quod non eſt. Et conſequenter conceditur quòd omne
quod non erit eſt. & omne quod non potuit nec pote-
rit eſſe, eſt. Tertia propoſitio. Quolibet maiori te
& quolibet minori te tu es minor. probatur. Aliquo
maiori te & quolibet minori te tu es minor. ut proba- In ca. ſu
tum eſt in alio capitulo, & nihil eſt maius te & quoli- periori.
bet minori quin illo tu ſis minor. ergo &c minor pa-
tet: quia ſuum contradictorium eſt falſum. Quarta
propoſitio. Quolibet minori te: & quolibet maiori te
C tu es maior. probatur. Aliquo minori te, & quolibet
maiori te tu es maior. & nihil eſt minus te & quolibet
maiori te quin illo tu ſis maior. ergo &c. patet cõſequentia cum
maiori ex alio capitulo. minor probatur per ſuum cõtra
dictorium. quod eſt falſum. videlicet aliquid eſt minus te &
quolibet maiori te, quo tu non es maior. quare &c.

De officialibus propo. Cap. 3.

PRopoſitio officialis eſt illa cuius dictum uel ora Vide
tio infinita determinatur aliquo termino moda Pa. i lo.
li, uel concernente actum mentis. Termini mo- ma. f. 2.
D dales ſunt iſti uerum, falſum, neceſſarium, cõtingens, co. 2. et p
poſſibile, impoſſibile. Termini uero cõcernentes actũ toto ca.
mentis dicuntur iſti. ſcio, dubito, credo, uolo, nolo, in- a ſo. 73.

Digitized by Google

uſq; ad telligo, cognoſco, & ſimiles, ac etiam ipſorum partici
fol. 76. pia. Huiuſmodi autem termini aliquando faciunt ſen- A
30. prin. ſum compoſitum. aliquando diuiſum, faciunt ſenſum
pri. du. / compoſitum quando præcedunt totaliter dictum uel
27. pric. orationem infinitiuam, aut finaliter ſubſequuntur. ut
eiuſdē. poſſibile eſt ſor. currere. Sor. currere eſt contingens. tu
ſcis deum eſſe. deum eſſe eſt ſcitum a te. ſed quando ali-
quis iſtorum terminorum mediat inter accuſatiuum
caſum, & uerbum infinitiui modi: tunc conſtituere di-
citur ſenſum diuiſum. ut deum neceſſe eſt eſſe, hominē
ſcis eſſe animal. & ita de alijs. Et huiuſmodi propo-
ſitio de ſenſu diuiſo probanda eſt ſecundum exigentiā
termini præcedentis ſimpliciter. & non ratione termi- B
ni modalis, aut ratione alicuius alterius termini con-
cernentis actum mentis uer. gr. omnem hominem poſ
ſibile eſt currere hic non eſt officianda, ſed exponenda
iuxta doctrinam traditam in ſecundo capitulo de pro
batiōe uniuerſalium propoſitionum iſto modo. Homi
nem poſſibile eſt currere, & nihil eſt uel poſſibile eſt
eſſe hominem quin illud poſſibile ſit currere. ergo etc.
Item hæc eſt reſoluenda. a. ſcio eſſe uerum, iſto modo.
Hoc ſcio eſſe uerum, & hoc eſt. a. ergo &c. Propoſitio C
uero de ſenſu compoſito officiabiliter probatur: ut poſ
ſibile eſt ſor. currere. Hæc propoſitio eſt poſſibilis, ſor.
currit. quæ adequatæ ſignificat ſortē currere. ergo &c.
Item neceſſe eſt deum eſſe. Hæc propoſitio eſt neceſ
ſaria. deus eſt: quæ adequatæ ſignificat deum, eſt er-
go &c. Conſimiliter probantur iſtę. Tu ſcis ſor. cur-
rere tu dubitas regem ſedere. prima namq; ſic officia-
tur. Hæc propoſitio eſt ſcita à te. ſor. currit, quæ ade-
quatę ſignificat ſor. currere. ergo &c. Et ita conſimili- D
ter dicatur ad infinitas conſimiles iuxta cōſonantiam
termini facientis ſenſum compoſitum. Ex prędictis

infero aliquas cōcluſiones. Prima eſt iſta. Album poſ-
A ſibile eſt eſſe nigrum. & tamen impoſſibile eſt album
eſſe nigrum. prima pars patet: quoniam hoc poſſibile
eſt eſſe nigrum, te demonſtrato, & hoc eſt uel poſſibi-
le eſt eſſe album. ergo &c. patet conſequentia a reſol-
uentibus ad reſolutum, & ſecunda pars probatur. Nā
hęc propoſitio eſt impoſſibilis. Album eſt nigrū: quæ
adequatę ſignificat album eſſe nigrum. ergo &c. patet
conſequentia ab officiātibus ad officiatum. Et ita pro-
batur iſta concluſio. ſedentem poſſibile eſt currere, &
tamen impoſſibile eſt ſedentem currere. Secunda
concluſio. Omnem hominem contingens eſt eſſe. &
B tamen neceſſe eſt omnem hominem eſſe. prima pars
probatur. quoniam hominem contingens eſt eſſe. &
nihil eſt uel contingens eſt eſſe hominem. quin illud
contingens ſit eſſe. ergo &c. patet conſequentia ab ex-
ponentibus ad expoſitum. ſecūda pars probatur. nam
hæc propoſitio eſt neceſſaria. omnis homo eſt quę ade
quatę ſignificat omnem hominem. ergo &c. patet con
ſequentia ut prius. Tertia concluſio. Tu ſcis alterum Pau. ſo-
iſtorum eſſe uerum: demonſtratis iſtis cōtradictorijs. philm̄.
C rex ſedet: nullus rex ſedet. & tamen nullum iſtorum 48. pri.
ſcis eſſe uerum. prima pars patet. quia hæc propoſitio pri. 2. 3.
eſt ſcita a te alterum iſtorum eſt uerum. quæ adequatę
ſignificat alterum iſtorū eſſe uerum. ergo ſecunda pars
probatur quia nec hoc iſtorum ſcis eſſe uerum: demon-
ſtrādo affirmatiuam. nec hoc iſtorum ſcis eſſe uerum,
demonſtrando negatiuam, & non ſunt plura iſtorum.
ergo &c. patet conſequentia a ſingularibus ſufficien-
ter enumeratis ad ſuam uniuerſalem. Quarta conclu
D ſio. Tu dubitas a, eſſe uerum. & tamen nullum. a. dubi
tas eſſe uerum probatur. et pono quòd omne. a. ſit illa.
deus eſt. quam ſcias eſſe ueram, ſed dubites an iſta ſit,

f iiij

Digitized by Google

a.ſcias tamen q̧.a.ſit aliqua propoſitio.iſto poſito prima pars patet.quonia; hęc eſt tibi dubia.a.eſt uerum, A quæ adequatæ ſignificat.a.eſſe uerum.ergo &c. Secunda pars probatur ſic arguendo nullam talem,deus eſt: dubitas eſſe ueram : ſed omne. a. eſt aliqua talis. ergo nullum.a.dubitas eſſe uerum.patet conſequentia quia eſt ſyllogiſmus in ſecundo primæ figurę:& antecedēs eſt manifeſtum ex caſu. Quinta concluſio. Volo tibi dare equum meum:& tamen nullum equum meū uolo tibi dare probatur:& pono quòd tibi promittā equum meum quem credam eſſe in ſtabulo,ſit tamen coram me quem putem eſſe platonis:ita q̧ nō meum. B ob quam cauſam iſtum equum quem uideo nō uelim tibi dare.iſto poſito prima pars patet officiando & officiatur ſic. Hæc propoſitio eſt uolita a me. do tibi equum meum per caſum:quæ adequatæ ſignificat me dare tibi equū meum. ergo &c patet conſequentia ab officiantibus ad officiatam. ſecundam partem probo ſic.nullum equum quem credo eſſe platonis uolo tibi dare.ſed omnem meum equum credo eſſe platonis. ergo nullum equum meum uolo tibi dare. patet conſequentia ut prius.quia eſt in ſecundo primæ figuræ. C ergo etc. Sexta concluſio Percipio ſor.loqui:et tamen nullum ſor.percipio loqui,probatur:& pono q̧ ſint a longe ſor.& pla.ita quòd neſciam diſtinguere quis ſit ſortes uel plato:loquatur tamen ſor.cuius uocem bene cognoſcam.quòd eſt ſortis:& non loquatur plato,iſto poſito.patet prima pars per caſum.quia ſequitur percipio uocem ſor.ergo percipio ſor.loqui.et ſecunda pars probatur.quoniam ſequitur.nullum iſtorum percipio loqui.ſed omnis ſor.eſt aliquis iſtorum, ergo nullum D ſor. percipio loqui patet conſequentia : quia eſt ſyllogiſmus in ſecundo primæ figuræ. Hic eſt notandum

quòd iſtę propoſitiones conceſſe in capitulo reſolubi-A lium,ſcilicet uerum eſt quod mundus nunquam fuit, & neceſſarium eſt quod deus nunquam erit. Poſſibile eſt quòd nihil fuit, & quod nihil erit non ſunt uere officiabiliter probando.nec ſunt ſimiles in ſignificando dum reſoluuntur & dum officiantur : quoniam officiabiliter tenetur ly quòd,coniunctiuę,& reſolubiliter tenetur ly quòd relatiuę. quare &c.

De propo.deſcriptibili. Ca. 4.

PRopoſitio deſcriptibilis eſt illa in qua terminus concernens actum mentis incomplexum determinat nullo termino pręcedente mediato,ut ego B cognoſco ſortem, hæc namq; ſic deſcribitur. Ego cognoſco aliquid ſub ratione qua ſor. Tu intelligis hominem. tu intelligis aliquid ſub ratione qua homo. Sed termini concernentes actum mentis:qui cadunt ſuper incomplexum illud neceſſaria eſt ſignificatum complexi.aliter ſunt deſcribendi ſicut ſcire,credere, dubitare,& huiuſmodi. Vt tu ſcis. a. propoſitionem. ſic deſcribitur: tu ſcis adęquatum ſignificatum. a. propoſitionis,quod ſcis adęquatæ ſignificari per. a. propoſi-C tionem.ergo & cętera. Tu credis.a.propoſitionem tu credis adęquatum ſignificatum a.propoſitionis quod credis adęquatæ ſignificari per. a. propoſitionem. ergo & cætera. Item tu dubitas. a. &. b. propoſitiones tu dubitas adęquata ſignificata. a. &. b. propoſitionum , quæ ſcis uel credis adęquatæ ſignificari per. a. &. b. propoſitiones. ergo & cætera. Notanter dicebatur,nullo termino mediato præcedente.quia ſi præcederet aliquis terminus mediatus ratio-D ne illius deberet iſta propoſitio probari. quod patet p iſtam regulam. A primo termino mediato ſemper eſt inchoāda propoſitionis probatio.ut omnis homo in-

Pro toto ca.uide in loma.a ſo.70.uſq; ad.ſ.71.

Sophi. 45.corol.2.conſe.

Digitized by Google

telligit ſe: hæc eſt exponenda iſto modo, homo intelli-
git ſe, et nihil eſt homo quin illud intelligat ſe. ergo etc. A
Item homines cognoſcunt futura. hæc eſt ſic reſoluen-
da. hæc cognoſcunt futura, & hæc ſunt homines. er-
In lo. go &c. Circa prædicta in hoc capitulo & prioribus
ma. fol. eſt notanda diuerſitas probationum præcedentium
15. co. 2. quarumcunq; propoſitionum. quoniam propoſitio
deſcriptibilis conuertitur cum ſua deſcriptione: et pro-
poſitio uniuerſalis affirmatiua ſeu quęcunq; alia expo
nibilis. ſimiliter conuertitur cum ſuis exponētibus ſi-
mul ſumptis. Vnde bene ſequitur. cognoſco hominē.
ergo cognoſco aliquid ſub ratione qua homo, & econ B
uerſo Item omnis homo currit. ergo homo currit et ni-
hil eſt homo quin illud currat & econuerſo. Sed pro-
poſitio reſolubilis non conuertitur cum ſuis reſoluen-
tibus, nec officialibus cum ſuis officiantibus. Vnde
licet ſequatur. Hoc eſt animal, & hoc eſt homo. ergo
homo eſt animal, non tamen ſequitur ecōuerſo. homo
eſt animal, ergo hoc eſt animal & hoc eſt homo quia
antecedens eſt neceſſarium et conſequens contingens,
etiam poſt mille annos erit ita, ſicut primarię & ade- C
quatę, ſignificatur per antecedens: & tamen non erit
ita ſicut primariæ & adequatæ ſignificatur per conſe-
quens. Item ſequitur. hęc propoſitio eſt neceſſaria deus
Iſtudly/ eſt, quæ adequatę ſignificat deum eſſe. ergo neceſſe eſt
prima- deum eſſe & tamen non ſequitur econuerſo neceſſe eſt
rię et ad deum eſſe. ergo hæc propoſitio eſt neceſſaria, deus eſt
eq̄tę nō quæ adequatæ ſignificat deum eſſe. quia antecedens
inueni ī eſt neceſſarium & conſequens contingens. Similiter ſi
alio co- nulla propoſitio foret: ita eſſet ſicut primariæ & ade-
dice an quatæ, ſignificatur per antecedens. & tamen non ita D
tiquo. eſſet ſicut primariæ & adequatæ, ſignificatur per con-
ſequens. Ex prædictis infero aliquas concluſiones.

Prima eſt iſta uenientem cognoſco. & tamen non co-
A gnoſco uenientem. probatur. & pono quòd ſor. ſit a
longe qui ueniat uerſus me, quem ſciam eſſe ſor. ſed cre
dam ipſum non moueri, & nihil aliud concipiam. iſto
poſito patet pars prima. quoniam hoc cognoſco, &
hoc eſt ueniens, ergo &c. ſecunda pars etiam patet.
quia non cognoſco aliquid ſub ratione qua ueniens.
Secunda concluſio eſt iſta. Deum trinum & unum
cognouit Ariſtoteles. & tamen Ariſt. non cognouit
deum trinum et unum. prima pars patet. quoniam hoc
cognouit Ariſt. demonſtrando deum. & hoc eſt deus
B trinus & unus, ergo &c. ſecūda pars etiam patet. quo-
niam Ariſto. non cognouit aliquid ſub ratione qua
deus trinus & unus. ergo &c. patet conſequentia a de-
ſcriptione ad deſcriptum. Tertia concluſio. A, pro-
poſitionem ſcio. & tamen non ſcio. a, propoſitionem.
probatur. et pono quòd. a. ſit illa, deus eſt. quam ſciam
& credam ꝙ non ſit aliquod. a. in mundo. iſto poſito.
ſcio. a. propoſitionē, quia hoc ſcio demōſtrando iſtam:
deus eſt. & hoc eſt, a. propoſitio. ergo &c. & tamen
non ſcio. a. propoſitionem, quia non ſcio aliquid ſub
C ratione qua. a. ꝓpoſitio ex quo non ſcio. a. eſſe. Quar
ta concluſio. Sor. percipis. & tamen non percipis ſor.
probatur. & pono quòd ſor. loquatur coram te, cuius
uocem audias. credas tu tamen quòd non ſit aliquis
ſor. in mundo, iſto poſito, ſor. percipis, quia hoc perci-
pis, & hoc eſt ſor. ergo &c. & tamen non percipis ſor.
quia non percipis aliq̄d ſub ratione qua ſor. quare &c.

De ly neceſſario & contingenter. Cap. 5.

D EX prædictis patet quòd neceſſarium, & contin
gens: dupliciter ſumuntur ſcilicet reſolubiliter:
& officiabiliter, ſed ipſorum aduerbia ſcilicet
neceſſario, & contingenter: exponibiliter, probantur,

Digitized by Google

ut neceſſario deus eſt:ſic exponitur.deus eſt, & non po
teſt eſſe quin deus ſit.ergo &c. Item neceſſario mun- A
dus fuit, mundus fuit & non potuit eſſe quin mun-
dus fuerit. Item neceſſario aliquid erit, aliquid erit. &
non poterit eſſe quin aliquid erit. ergo & cætera. ita
quòd uerbum principale ſecundæ exponentis ſit eiuſ-
dem temporis cum uerbo principali exponendæ. Op-
poſito modo exponitur, contingenter, ut contingenter
tu es, exponitur ſic, tu es, & poteſt eſſe quòd tu non
ſis.ergo & cætera. Item contingenter tu eris, tu eris,
No:ãda & poterit eſſe quòd tu non eris. ergo & cętera. & ita
de præterito dicatur. Hic ſunt duo notabilia. Pri-
mum eſt: quòd neceſſario & contingenter: ſumuntur B
aliquando in ſenſu diuiſo: aliquando in ſenſu compoſi-
to. ſicut neceſſarium & contingens. In ſenſu compoſi-
to quando totaliter præcedunt, aut finaliter ſubſequun
tur.ut neceſſario homo eſt animal. tu curris contingen
ter, ſed in ſenſu diuiſo quãdo mediant inter ſubiectum
& uerbum. aut inter uerbum & prædicatum. Exem-
plum primi: homo neceſſario eſt animal. Exemplum
ſecundi. ſor. eſt contingenter currens. Secundum nota-
bile eſt illud. Qualitercunq; in ſenſu compoſito ſuma C
tur, ſemper eodem modo exponuntur ut dictũ eſt. Sed
quando in ſenſu diuiſo ſumuntur pręcedente alio termi
no mediato. non exponuntur, ſed propoſitio pbanda
eſt ſecundum exigentiam termini pręcedentis p regu-
lam ſuperius aſſignatã: a primo termino mediato &c.
ut hõ neceſſario eſt animal. hęc non eſt exponẽda neq;
probanda ratione illius termini neceſſario, ſed reſoluen
da ratione iſtius termini, hõ: ut hoc neceſſario eſt ani
mal, & hoc eſt hõ. ergo &c. quo facto prima reſoluens D
eſt exponenda ſic. hoc eſt animal, & hoc non põt non
eſſe animal. ergo etc. ita ꝙ ly poteſt: ſequatur ſubiectũ:

ſicut ly neceſſario: uel contingenter. Ex quo ſequitur
A etiam ꝙ iſtud uerbum põt ſumi aliqñ in ſenſu cõpoſi-
to, aliqñ in ſenſu diuiſo. In ſenſu cõpoſito qñ præcedit
totaliter, ſeu impſonaliter tenet, ut põt eſſe ꝙ tu curris.
In ſenſu diuiſo qñ perſonaliter ſumitur. ut antichrĩs põt
eſſe. Ex prædictis infero aliquas concluſiones. Pri-
ma eſt iſta. Necio aliquid eſt quod contingẽter eſt, pro
batur aliquid eſt quod contingenter eſt, & non poteſt
eſſe quin aliquid ſit quod contingenter eſt. ergo &c.
Secunda concluſio. Anima tua necio eſt, & tamen
contingenter anima tua eſt prima pars probatur reſo-
lutorie. ut hoc necio eſt, & hoc eſt anima tua. ergo &c.
B ſecunda pars probatur exponibiliter ſic. anima tua eſt.
& põt eſſe ꝙ anima tua non ſit. ergo &c. Nã ſequitur
oppoſitum, et põt eſſe ita ſicut adequatæ ſignãtur per
añs. ergo põt eẽ ita ſicut adequatę ſignificatur p conſe
quens. Tertia concluſio. Neceſſe eſt te fuiſſe. & ta-
men contingenter tu fuiſti. prima pars probatur. qm̃
hæc eſt neceſſaria tu fuiſti, quæ adequatæ ſignificat te
fuiſſe. ergo &c, ſecunda pars probatur. nam tu fuiſti, et
potuit eſſe quòd non fuiſti. ergo contingenter tu fuiſti.
C Quarta concluſio. Poteſt eſſe ꝙ antichrĩs ſit homo
qui eſt, & tamen antichriſtus non poteſt eſſe homo q
eſt. prima pars probatur, quoniam hæc eſt poſſibilis,
antichriſtus eſt homo qui eſt, quæ adequatæ ſignificat
ꝙ antichriſtus eſt homo qui eſt. ergo &c. unde ly po-
teſt, impersonaliter ſumptum, eſt terminus officiabilis
ſicut ly poſſibbile, ſecunda pars patet, quoniam detur
oppoſitum. v3. antichriſtus poteſt eſſe homo qui eſt,
& ex iſto ſequitur ꝙ antichriſtus poteſt eſſe homo, &
D ille eſt, ꝯñs eſt falſum ergo et añs. patet ꝯña. quia ly po
teſt ſumptum pſonaliter eſt terminus immediatus &
relatiuũ, qui, quę, quod, eſt reſolubile gñaliter in, et, &

Digitized by Google

ille,illa illud,ex quo non impeditur per aliquod ſignū
Nota. præcedens. Hic eſt notandum quòd ly neceſſario A
dupliciter ſumitur. Vno modo nominaliter in datiuo
Pau.22. uel ablatiuo caſu. Alio modo aduerbialiter ut dictum
princ. 2. eſt primo modo non exponitur, ſed reſoluitur, ut ne-
du.to.8. ceſſario tu es,iſto tu es,& hoc eſt neceſſariū. ergo &c.
h⁹cap.3. ex quo ſequitur ꝙ neceſſario tu es homo.& tamen cō
tingenter tu es homo tenendo ly neceſſario,nominali-
ter in ablatiuo caſu.quia iſto tu es homo:demonſtran-
do deum,& hoc eſt neceſſarium.ergo &c.ſumendo ta
men ly neceſſario, aduerbialiter, foret iſta propoſitio
impoſſibilis propter impoſſibilitatem exponentium.
Item conceditur ꝙ ſor. neceſſario obedit.& idem B
ſor.contingenter obedit ſumendo ly neceſſario in da-
tiuo caſu quia ſor.huic obedit, demonſtrando deum,
& hoc eſt neceſſarium.ergo etc.ſecunda pars etiam pa
tet exponendo ſic. ſor. obedit & poteſt non obedire.
ergo contingenter ſor.obedit.quare &c.

De gradu poſitiuo comparabiliter ſum-
pto. Cap. 6.

Pro to. IAm gradus comparationis reſtat exponere & pri
ca, uide mo poſitiuum comparabiliter ſumptum. ut tu es C
in lo,m, ita fortis ſicut aliquis homo mundi exponitur ſic.
a ſo.42. tu es fortis: & aliquis homo mundi eſt fortis,& non
uſq; a d aliquis homo mundi eſt fortior te. ergo &c. Item tu
fol.43. fuiſti ita fortis.ſicut aliquis homo tu fuiſti fortis,&
aliquis homo fuit fortis,& non aliquis homo fuit for-
tior te.ergo &c.& ita de futuro ſuo dicatur.Sed notan
dum, quòd ſi fiat comparatio reſpectu termini com-
munis a parte poſt:non diſtributi:non debet ſumi ille
terminus ſub diſtributione in aliqua exponentium,ut D
tu es ita albus ſicut omnis homo non debet dici in ſe-
cunda exponente,omnis homo eſt albus. quia hæc eſt

falſa & expoſita uera. Sequitur enim tu es ita albus ſi-
A cut ille homo. ergo tu es ita albus ſicut omnis homo,
patet conſequentia ab inferiori ad ſuum ſuperius affir-
matiue ſine diſtributione & ſine ſigno impediente.
ideo debet ſic exponi tu es albus & homo eſt albus:
& non omnis homo eſt albior te.ergo &c. Ex præ-
dicto modo exponendi infero aliquas concluſiones.
Prima eſt iſta. Tu es ita fortis ſicut omnis homo mun-
di,& tamen non es ita fortis ſicut aliquis homo mun-
di.prima pars patet, quia tu es fortis, & homo mundi
eſt fortis,& non omnis homo mundi eſt fortior te. er-
B go &c. ſecunda pars ſimiliter patet, quoniam ſuum
contradictorium eſt falſum, uidelicet tu es ita fortis ſi-
cut aliquis homo mundi, quia ex ipſa ſequitur tertia
ſua exponens, uidelicet non aliquis homo mundi eſt
fortior te,quod eſt falſum. Secunda concluſio. Ani-
mal quod non eſt ita forte ſicut leo eſt ita forte ſicut
omne animal mundi. probatur equus eſt ita fortis ſi-
cut omne animal mundi: & idem equus eſt animal
quod non eſt ita forte ſicut leo. ergo &c. patet conſe-
quentia quaſi a reſoluētibus ad reſolutum. antecedens
C autem patet exponendo & reſoluendo. Tertia con-
cluſio. Ego ſum ita ſapiens ſicut tu & deus. & tamen Sophi.
ego non ſum ita ſapiens ſicut deus. ſecunda pars eſt de 42.2.
ſe manifeſta.& probatur prima.nam ego ſum ſapiens:
& tu & deus eſtis ſapientes,& non tu & deus eſtis ſa-
pientiores me. ergo &c. patet conſequentia ab expo-
nentibus ad expoſitum & prima ac ſecunda pars ſunt
manifeſte,tertia uero probatur. quia ſi non, detur op-
poſitum. Tu & deus eſtis ſapientiores me ergo tu es
D ſapientior me.conſequens eſt falſum ut ego ſuppono.
Quarta cōcluſio. Tu eris ita ſenex ſicut tu eris.& ta
men in nullo inſtanti tu eris ita ſenex ſicut tu eris. pri-

Digitized by Google

ma pars patet per exponentes. tu eris ſenex, & nunq̃
eris ſenior quàm tu eris. ergo &c. ſecunda pars proba- A
tur quoniam quocunq; inſtanti dato in quo tu eris ſe-
nex, in iſto inſtanti non eris ita ſenex ſicut tu eris. quia
poſt illud eris ſenior. ergo in nullo inſtanti tu eris ita
ſenex ſicut tu eris, patet conſequentia, quia contradi-
ctorium conſequentis repugnat antecedenti, pp diſtri
butionē iſtius termini, ſicut ſupra v̾bum ſubſtantiuū.

De gradu comparatiuo. Cap. 7.

COmparatiuus gradus exponitur ſimiliter per
tres exponentes. ut ſor. eſt fortior platone, ſor.
eſt fortis & plato eſt fortis, & plato non eſt ita B
ſortis ſicut ſor. ergo &c. Item tu es fortior aliquo
homine, tu es fortis & aliquis homo eſt fortis: & non
aliquis homo eſt ita fortis ſicut tu. ergo & cætera.
ſed huius, tu es albior omni homine. ſecunda expo-
nens non debet eſſe iſta, omnis homo eſt albus, quo-
niam tunc expoſita eſſet uera & una exponens falſa,
quod non eſt concedendum in logica. ſed debet ſic ex-
poni iſta. Tu es albus, & homo eſt albus, & non om-
nis homo eſt ita albus ſicut tu. ergo & cætera. Ex præ-
dicto modo exponendi infero aliquas concluſiones. C
Prima. Tu es albior omni homine: & tamen tu non
es albior aliquo homine. prima pars patet per expo-
nentes: & ſecunda ſimiliter: quia ſuum contradicto-
rium eſt falſum ſcilicet tu es albior aliquo homine:
quia tertia eius exponens eſt falſa, uidelicet non aliquis
homo eſt ita albus ſicut tu. quia tu ipſe es ita albus ſi-
cut tu. uel quilibet qui eſt albior te: eſt ita albus ſicut
tu, licet non præciſe. Secunda concluſio. ſor. qui non
eſt melior deo, eſt melior omni ente mundi. patet quo- D
niam ſor. non eſt melior deo ut ſatis liquet. & tamen
eſt melior omni ente mundi: quia ipſe eſt bonus & ali-

Vide Pa. i lo. ma. fol. 44. et. f. 47. col. 2.

quod ens mundi eſt bonum. & non omne ens mundi
A eſt ita bonum ſicut ſor. ergo &c. Tertia concluſio.
Ego ſum ſcientior te et deo, et tamen non ſum ſcientior
deo. ſecunda pars patet de ſe. & prima probatur per
exponentes. nam ego ſum ſciens & tu & deus eſtis
ſcientes: & non tu & deus eſtis ita ſcientes ſicut ego.
iſta patet: quoniam detur oppoſitum, ſcilicet tu & de
us eſtis ita ſcientes ſicut ego. ergo tu es ita ſciens ſicut
ego, conſequens eſt falſum. ut ego ſuppono. Quar-
ta concluſio. Tu eris ſenior quàm tu eris in aliquo in-
ſtanti. & tamen in nullo inſtanti tu eris ſenior quàm
tu eris in aliquo inſtanti. prima pars probatur. quo-
B niam tu eris ſenex: & in aliquo inſtanti eris ſenex: &
non in aliquo inſtanti eris ita ſenex ſicut tu eris. ergo
tu eris ſenior quàm tu eris in aliquo inſtanti, conſe-
quentia tenet ab exponentibus ad expoſitum. & ter-
tia pars antecedentis probata eſt in alio capitulo in
quarta concluſione. Sed ſecunda pars concluſionis pro
batur, quia ſi non detur oppoſitum, ſcilicet quòd in
aliquo inſtanti tu eris ſenior quàm tu eris in aliquo
inſtanti: & ſit illud inſtans. a. & patet quòd iſta eſt fal-
C ſa. in. a. inſtanti tu eris ſenior quàm tu eris in aliquo in-
ſtanti. quia una exponens eſt falſa, ſcilicet non in ali-
quo inſtanti tu eris ita ſenex ſicut tu eris in. a. inſtanti.
quia in. a. inſtanti tu eris ita ſenex ſicut tu eris in. a. in-
ſtāti. Et in infinitis inſtātibus ultra, quare etc. Notan
dū q̃ quēadmodum exponitur comparatiuus gradus:
ita exponitur magis, & q̃. ut ego ſum magis ualens
q̃ tu, ſic exponitur. ego ſum ualens, & tu es ualens &
non tu es ita ualens ſicut ego. ergo &c. Conſimiles
D concluſiones poſſunt inferi de magis unde concedi-
tur, quòd animal quod eſt magis debile quàm ſit mu-
ſca, eſt magis forte quàm ſit omne animal mundi. Et

Pau. ſophi. 43. ibi dubitat. 10. prin. 3. du cor. 2. cō. 2.

Digitized by Google

homo qui eſt magis ſapiẽs q̃ omnis homo: eſt minus ſapiens q̃ omnis hõ. et ita de infinitis alijs. quare &c. A

De gradu ſuperlatiuo. Cap. 8.

SVperlatiuus gradus exponitur per tres exponentes, niſi una iſtarum cum altera coincidat. ut tu es fortiſſimus iſtorum, poteſt dupliciter exponi. aut per comparatiuum, aut per poſitiuum comparabiliter ſumptum. Exemplum primi: tu es fortis, & iſti ſunt fortes, & non aliquis iſtorũ eſt fortior te. ergo etc. Exemplum ſecundi: tu es fortis & iſti ſunt fortes, & non aliquis iſtorum eſt ita fortis ſicut tu. ergo &c. Itẽ tu es fortiſſimus omnium hominum ſic exponitur. B tu es fortis: homines ſunt fortes, & non omnes homines ſunt fortiores te. ergo &c. uel non omnis homo eſt fortior te. Secundo modo ſic exponitur, tu es fortis: & homines ſunt fortes, & non omnes homines ſunt ita fortes ſicut tu: uel non omnis homo eſt ita fortis ſicut tu. ergo &c. Et ita de alijs de præterito & de futuro ſuo modo dicatur. Ex prædictis infero aliquas concluſiones. Prima eſt iſta. Tu es fortiſſimus iſtorum & debiliſſimus iſtorum. probatur. & pono quòd tu & for. & pla. ſitis æque fortes. & per ly iſtorum, demonſtro C uos tres. iſto poſito, patet prima pars: quoniam tu es fortis & iſti ſunt fortes, & non aliquis iſtorum eſt fortior te. ergo &c. Etiam ſecunda pars eſt uera, quia tu es debilis, & iſti ſunt debiles & non aliquis iſtorum eſt debilior te. ergo &c. Hæc tamen concluſio non eſſet uera exponẽdo eam ſecundo modo. ut puta per ly ita, ſicut, quare &c. Secunda concluſio. Tu es ſapientiſſimus omnium: & tamen tu non es ſapientiſſimus aliquorum hominum, prima pars patet per exponentes. D ut tu es ſapiens & homines ſunt ſapientes & non omnes homines ſunt ſapiẽtiores te. ergo &c. ſecunda pars

probatur

probatur quoniam ſuum contradictorium eſt falſum, A uidelicet tu es ſapientiſſimus aliquorum hominum propter tertiam exponentem falſam, ſcilicet non aliquis homo eſt ſapientior te. & hæc ſimiliter non aliquis homo eſt ita ſapiens ſicut tu. quia tumet es ita ſapiens ſicut tu. ergo & cætera. Tertia concluſio. Tu fuiſti calidiſſimus omnium hominum, & frigidiſſimus omnium hominum. prima pars patet: quia tu fuiſti calidus, & homines fuerunt calidi: & non omnis homo fuit calidior te, etiam non omnis homo fuit ita calidus ſicut tu. ſecunda pars etiam eodem modo proba- B tur, quoniam tu fuiſti frigidus & homines fuerunt frigidi: & non omnis homo fuit frigidior te, etiam non omnis homo fuit ita frigidus ſicut tu. ergo & cætera.

Quarta concluſio. Aliquod eſt maximum iſtorum quod non eſt maximum iſtorum, exponendo comparabiliter probatur. & pono quòd. a. ſit magnum & B. maius. C. uero maius quàm. a. & maius quàm. b. iſto poſito. b. eſt maximum iſtorum quod non eſt maximum iſtorum. probatur. quoniam. b. eſt magnum, C & aliquod iſtorum quod non eſt maximum iſtorum eſt magnum, & nullum iſtorum quod non eſt maximum iſtorum eſt maius. b. ergo. b. eſt maximum iſtorum, quod non eſt maximum iſtorum, patet conſequentia ab exponentibus ad expoſitum. quare &c.

De ly differt. Cap. 9.

DIffert, aliud, & non idem: eodem modo exponuntur per tres exponentes. ut tu differs ab homine. tu es, & homo eſt, & tu non es homo. ergo & cætera. Item tu differs ab omni homine. tu es, D & homo eſt: & tu non es omnis homo. ergo et cætera. Eſt tamen aliqualis diuerſitas in præterito & futuro, hæc enim, tu differs ab antichriſto non ſic exponitur.

Pro to-ca uide in lo. m. a fol. 31. uſq; ad fol. 34. ſophi. 34. to.

Digitized by Google

tu eris,& antichriſtus erit: & tu non eris antichriſtus,
quoniam exponentes ſunt uerę & expoſita falſa. ſequi A
tur enim tu differs ab antichriſto,ergo ſimul eris cum
antichriſto, conſequens eſt falſum, ut ſuppono : ſed ſic
exponitur , tu eris & antichriſtus erit quando tu eris:
& tu non eris antichriſtus ergo & cætera.& ita de prę
terito dicatur.quare & cætera. Ex prædictis infero
aliquas concluſiones. quarum prima eſt iſta. Tu dif-
fers ab omni homine, & tamen tu non differs ab ali-
quo homine.prima pars patet per exponentes. quoniã
tu es.& homo eſt:& tu non es omnis homo.ergo &c.
ſecunda pars etiam probatur:quia ſi non,detur oppoſi
tum ſcilicet tu differs ab aliquo homine.ſed hæc eſt fal B
ſa.quia tertia eius exponens eſt falſa, ſcilicet tu non es
aliquis homo. ergo &c. Secunda concluſio. tu dif-
fers ab omni ente quod eſt:& quod fuit: & quod erit,
& tamen tu non differs ab aliquo ente quod eſt : quod
fuit: & quod erit.prima pars patet : quoniam tu es, &
omne ens quod eſt:quod fuit,et quod erit,eſt:ut patuit
in prima propoſitione ſecũdi capituli huius tractatus.
& tu nõ es omne ens quod eſt,quod fuit,& quod erit.
ergo &c.ſecunda pars etiam patet : quia ſuum contra- C
dictorium eſt falſum:cum una eius exponẽs ſit falſa.ſ.
tu non ès aliquid quod eſt,quod fuit,& qđ erit. Ter-
tia concluſio. Ego differo a te & a me: & tamen non
differo a me.prima pars patet per exponentes. Nam
ego ſum:& tu,& ego ſumus:et ego non ſum tu et ego.
ergo &c.ſecunda uero pars patet de ſe.& ita poſſet pro
bari ꝙ tu differs ab homine & ab aſino.& tñ non dif-
fers ab homine. Quarta concluſio. Tu differs ab aſi-
no.& tñ tu non differs ab homine uel ab aſino. prima D
pars patet per exponentes, & ſecunda ſiſr, quia detur
oppoſitũ.tu differs ab homine uel ab aſino.hęc eſt fal-

ſa.quia tertia eius exponens eſt falſa.ſ.tu non es homo
A uel aſinus.quia eius contradictorium eſt uerum.vʒ. tu
es homo uel aſinus. Quæcũq; dicta ſunt de hoc uerbo,
differt,quo ad exponentes & concluſiones,poſſunt ap
plicari iſtis terminis,aliud,& non idem.

De excluſiuis. Cap. 10.

EXcluſiuarum quædam ſunt primi ordinis, quę-
dam ſecundi:& quædam tertij. Excluſiua primi
ordinis eſt illa cuius dictio excluſiua:tantum,ſo
lummodo,aut, præciſę,præcedit ſubiectum. ut tãtum
B homo currit. ſic exponitur. homo currit. & nihil non
homo currit. ergo &c,ita ꝙ ſemper prima exponens
eſt præiacens excluſiuę.ſecunda uero eſt uniuerſalis ne
gatiua de ſubiecto excluſiuæ infinitato. Et conſimilis
expoſitio eſt de pręterito & futuro.ut tantum ſor.fuit,
ſor.fuit & nihil non ſor fuit.Item tantum antichriſtus
diſputabit:ſic exponitur.antichriſtus diſputabit. et ni-
hil non antichriſtus diſputabit. Notandum ꝙ ex-
cluſiua primi ordinis conuertitur cum uniuerſali de ter
minis tranſpoſitis. ita ꝙ ſi una eſt uera, & reliqua ſi-
C militer,& econuerſo.unde ſi hæc eſſet uera,tantum ho
mo eſt animal,hæc eſſet uera.omne animal eſt homo.
ſed quia excluſiua eſt falſa , ideo uniuerſalis eſt falſa.

Pro hoc uide in lo. ma. f. 3. col. 2. et a fol. 34. uſq; ad. f. 35. 8. h⁹ ca. 4. ſoph. 13. to.

Excluſiua ſecũdi ordinis eſt illa in qua dictio exclu-
ſiua mediat inter ſubiectum & prędicatum ſiue prępo
natur,ſiue poſtponatur copulę,ut ſor.tantũ eſt homo,
aut ſor.eſt tantum homo. & exponitur quælibet iſta-
rum ſic,ſor.eſt homo.& ſor.non eſt non homo. & ita
de præterito & futuro dicatur. Excluſiua tertij ordi-
nis eſt illa cuius dictio excluſiua ponitur inter partes
D prædicati,ut. a. propoſitio ſignificat præciſę ſicut eſt.
quæ ſic exponitur.a. propoſitio ſignificat ſicut eſt. &
a. propoſitio,nõ ſignificat non ſicut eſt. ita quòd ſem-

Digitized by Google

per negatio infinitans cadat ſuper eundem terminum
ſuper quem in expoſita cadit dictio excluſiua. ut patet A
in cuiuſcunq; ordinis excluſiuis. Notandum quòd
ſi dictionem excluſiuam alicuius ordinis præcedat al-
ter terminus probabilis: non debet illa propoſitio pro
bari ratione dictionis excluſiuæ: ſed ſecundum exigen
tiam termini præcedentis. Exemplum omnium ordi-
num, neceſſario tantum homo eſt homo. Omnis ho-
mo tantum eſt animal. Aliqua propoſitio ſignificat
præciſe ſicut eſt. prima eſt exponibilis ratione iſtius
termini neceſſario ſecunda ratione illius ſigni omnis:
tertia uero eſt reſolubilis: quia particularis affirmati-
ua. Oppoſita harum excluſiuarum aſſignantur per B
negationem præpoſitam toti excluſiuæ. ut huius. Tan
tum homo currit. contradictorium eſt hoc. Non tan-
tum homo currit. & habet duas cauſas ueritatis oppo
ſitas exponentibus. excluſiuæ affirmatiuæ. ut nihil
quod eſt homo currit, uel aliquid non homo currit. &
ſi una harum cauſarum eſt uera, excluſiua negatiua eſt
uera. & ſi ambe ſunt falſe, ipſa eſt falſa: ſicut excluſiua
affirmatiua eſt uera, ſi ambe exponentes ſunt ueræ, &
falſa, ſi una eſt falſa. Excluſiua uero negatiua in qua C
negatio ſequitur notam excluſionis. etiam exponibi-
lis eſt. ut tantum homo non currit. ſic exponitur. ho-
mo non currit, & quodlibet non homo currit. & ita
exponitur quælibet talis primi ordinis. Item ſecundi
ordinis. ut tu tantum non es aſinus, ſic exponitur. tu
non eſt aſinus, & tu es quodlibet non aſinus. Exclu
ſiua uero negatiua tertij ordinis exponibilis non da-
tur. quia licet iſta ſit negatiua. ſcilicet. a. propoſitio nō
eſt præciſe ſignificans ſicut eſt. non tamen eſt exponi- D
bilis ſed eſt probanda per ſuum contradictorium. quia
talis negatio ſemper ſequitur uerbum principale, ſicut

& dictio excluſiua. ut. a. propoſitio ſignificat præciſe
A ſicut non eſt. Oppoſita harum excluſiuarum nega-
tiuarum datur. ſimiliter per negationem præcedentem
totam propoſitionem. ut huius. tantum homo non cur
rit. contradictorium eſt illud. Non tantum homo non
currit. quod habet duas cauſas ueritatis oppoſitas ex-
ponentibus excluſiuæ negatiuę aſſignandas per diſiun
ctiuam, uidelicet omnis homo currit, uel aliquid non
homo non currit, quarum ſi una eſt uera excluſiua, iſta
eſt uera, ſicut prius dictum eſt de oppoſito excluſiuæ
affirmatiuæ. Ex prædictis infero aliquas concluſio-
nes. quarum prima eſt iſta. Tantum homo eſt homo,
B & tamen non tantum homo eſt animal. prima pars
patet per exponentes, & uniuerſalem de terminis tran
ſpoſitis. Secunda pars patet ſimiliter. quoniam una
ſuarum cauſarum eſt uera ſcilicet aliquid non homo
eſt animal. nam hoc eſt animal: demonſtrādo aſinum,
& hoc eſt aliquid non homo. ergo & cætera. Secun
da concluſio. Tu tantum es animal, & non tantum tu
es animal. prima pars patet. nam tu es animal. & tu
non es animal. ergo & cætera. Secunda pars conclu-
C ſionis patet etiam ſimiliter. quia una cauſarum eſt ue-
ra ſcilicet aliquid non tu es animal. Tertia conclu-
ſio. A. propoſitio eſt præciſe ſignificans ſicut eſt. & ta
men. a. propoſitio non eſt ſignificans præciſe ſicut eſt.
probatur. & pono: quòd. a. ſit iſta, homo eſt aſinus.
iſto poſito, patet prima pars. quoniam. a. eſt ſignifi-
cans ſicut eſt &. a. non eſt ſignificans ſicut eſt. proba-
tur, quia detur oppoſitum ſcilicet. a. eſt non ſignificās
ſicut eſt: ergo. a. non eſt ſignificans ſicut eſt, conſequēs
D falſum, immo. a. eſt ſignificans ſicut eſt: quia eſt ſigni-
ficans hominem eſſe, ſecunda pars etiam patet. quia
ſui contradictorij una exponens eſt falſa uidelicet. a.

Digitized by Google

propoſitio non eſt ſignificans non ſicut eſt, ex quo ſi-
gnificat hominem eſſe aſinum. Quarta concluſio. A. A
propoſitio pręciſę ſignificat falſum & impoſſibile. &
tamen.a.propoſitio præciſę ſignificat uerum & neceſ-
ſarium.prima pars patet per exponẽtes.Nam.a.ſigni-
ficat falſum & impoſſibile.et.a.non eſt non ſignificãs
falſum et impoſſibile.probatur.quia detur oppoſitũ.ſ.
a,eſt non ſignificans falſum impoſſibile: ergo.a. non
eſt ſignificans falſum.& impoſſibile:quod non eſt ue-
rum,immo.a.ſignificat falſum et impoſſibile, quia ſi-
gnificat hominem eſſe aſinum.quare &c.ſecunda pars
etiam eodem modo probatur. nam.a. eſt ſignificans
uerum & neceſſarium: quia ſignificat hominem eſſe, B
&. a. non eſt non ſignificans uerum & neceſſarium.
probatur,quia detur oppoſitum, a eſt non ſignificans
uerum & neceſſarium,ergo.a.non eſt ſignificans uerũ
& neceſſarium,conſequens eſt falſum, immo.a. ſigni-
ficat uerum & neceſſarium:quia ſignificat hominem
eſſe quod eſt uerum et neceſſarium.patet conſequentia
cum prioribus ſimilibus per iſtam regulam. Ab affir-
matiua de prædicato infinito ad negatiuam de prædi- C
cato finito eſt bona conſequentia,quare &c.

Pro hoc ca.uide Paul. in lo.ma.a fo.38.uſq; ad. f. 59.ſo-phi.40. to.18. princi.l. du. to.

De exceptiuis. Cap. 11.

DIctiones exceptiuę ſunt iſtę præter,præterq;,et
niſi.& differunt eo quia præter,& præterq; in-
differenter excipiunt tam in uniuerſali affirma-
tiua, q; negatiua,ſed niſi,non excipit niſi in uniuerſali
negatiua.unde ita congrue dicitur nullus homo pręter
ſortem currit, ſicut omnis homo præter ſor.currit. non
tamẽ congrue dicitur.omnis homo niſi ſor. currit. ubi
congrue diceretur.nullus homo niſi ſor. currit. Ex- D
ceptiua affirmatiua exponitur per duas exponentes.in
quarum prima negatur prædicatum a parte extra ca-

pta.in ſecunda uero affirmatiua prędicatum uniuerſa-
A liter de ſubiecto ſumpto cum parte extra capta infini-
ta.ut omnis homo præter ſor.currit.ſic exponitur, ſor.
non currit,& omnis homo non ſor.currit. ergo &c.

Exceptiua uero negatiua ſimiliter exponitur p duas
exponentes.in quarum prima affirmatur prædicatum
de parte extra capta:in ſecunda uero negatur uniuerſa-
liter a ſubiecto ſumpto cum parte extra capta infinita.
ut nullus homo præter ſor.currit.ſic exponitur.ſor.cur
rit.& nullus homo non ſor.currit.ergo &c. Notan- Soph. 40. col. 4 ibi intelligendum.
dum q aliqua eſt exceptiua propria aliqua eſt impro-
B pria. Ad exceptiuam propriam duo requiruntur prin-
cipaliter.Primum q id a quo fit exceptio ſtet confuſæ
diſtributiuę.Ex quo ſequitur q iſta eſt impropria.Ali
quis homo.præter ſor.currit.Secundo q pars extra ca
pta ſit terminus inferior ad illud a quo fit exceptio.
Ex quo ſequitur q hæc eſt impropria. Omnis homo
præter hominem currit,ſed hæc eſt propria.Omnis ho
mo pręter ſor.currit:quia bene habet iſtas duas condi-
tiones ut patet. Præterea eſt notandum,quòd quæ-
libet exceptiua negatiua conuertitur cum excluſiua
C affirmatiua cuius ſubiectum eſt pars extra capta, &
prædicatum eſt terminus compoſitus ex prædicato &
ſubiecto exceptiuæ ſic præciſę ſupponente. unde be-
ne ſequitur. nihil præter ſor. currit. ergo tantum ſor.
currit. & econuerſo. Et notanter dicitur prædicatum
eſt terminus compoſitus ex prædicato & ſubiecto ex-
ceptiuæ quoniam non ſequitur. nullum animal præ-
ter hominem intelligit. ergo tantum homo intelligit,
antecedens enim eſt uerum,conſequens falſum.ſed be-
D ne ſequitur.ergo tantum homo eſt animal intelligens.
dicebatur etiam ſic præciſę ſupponente quia non ſequi
tur nullus homo pter ſor.currit.ergo tm̃ ſor. eſt homo

Digitized by Google

currens:ſed ſolum ſequitur:ergo tantum ſor.eſt aliquis
A homo currens. Dato enim ꝙ de ſpecie humana non
curreret aliquis maſculus niſi ſolus ſor. ſed cum hoc
multe mulieres currerent.tunc hæc eſſet uera.nullus ho
mo præter ſor.currit, & hæc ſimiliter, tantum ſor.eſt
aliquis homo currens,ſed hæc eſſet falſa tantum ſor.eſt
homo currens. Ex his inſero aliquas concluſiones:
quarum prima eſt iſta. Hæc conſequentia non ualet.
Omnis homo præter ſor.currit.ergo omnis homo prę
ter hominem currit:quia antecedens eſt una exceptiua
propria,conſequens non. Secunda concluſio.Omne
animal præter antichriſtum eſt animal: & tamen non
B omne animal præter hominem eſt animal.prima pars
patet per exponentes: quoniam antichriſtus non eſt
animal,& omne animal non antichriſtus eſt animal.
ergo &c.ſecunda pars etiam probatur,quia ſi non,de-
tur oppoſitum,omne animal præter hominem eſt ani
mal.& patet quòd prima exponens eſt falſa, uidelicet
homo non eſt animal,& per conſequens exceptiua cu
ius eſt exponens eſt falſa.Ex qua concluſione ſequitur:
C quòd non omnis exceptiua propria repugnat ſuo prę-
iacenti cuius oppoſitum communiter dicitur. & hoc
patet, quoniam quælibet iſtarum eſt uera. omne ani-
mal eſt animal, & omne animal præter antichriſtum
eſt animal. Tertia concluſio.Tu non differs niſi ab
aſino:& tamen tu differs a capra.ſecunda pars eſt ma-
nifeſta, & prima probatur. tu differs ab aſino & non
differs ab alio ab aſino. quod ſic probatur: quoniam
detur oppoſitum.tu differs ab alio aſino. ergo tu non
es aliud ab aſino, patet conſequentia ab expoſita ad
D unam ſuarum exponentium: Quarta concluſio.Tu
uides omnes homines qui ſunt in iſta domo præter
ſor.et tamen non uides aliquem nec aliquos homines,

probatur,& pono ſecūdam partem concluſionis cum
A cum hoc ꝙ in domo iſta ſint decem homines, nouem
mulieres & unus maſculus, quem non uideas, ſed be-
ne omnes mulieres.iſto poſito,patet ſecunda pars con
concluſionis,& prima ſimiliter aſſignando hanc regu
lam exceptiuarum,quòd omnis propoſitio affirmati- In lo. m.
ua quæ eſt in parte uera & in parte falſa: poteſt uerifi- fo.31. co
cari per exceptionem partis falſe, iſto præſuppoſito lum. 4.
hæc eſt falſa.tu uides omnes homines qui ſunt in iſta
domo præciſę pro ſor.ergo poteſt uerificari per excep-
tionem ſor. ſic dicendo. tu uides omnes homines qui
ſunt in iſta domo præter ſor.quare &c.

B De reduplicatiuis. Cap. 12.

REduplicatiua exponitur per tres exponentes,in Pro hoc
quarum prima prædicatur affirmatiue termi- uide in
nus reduplicatus de ſubiecto.In ſecunda prædi- lo.ma. a
catur prædicatum de eodem ſubiecto.In teria uero prę f.41.uſ-
dicatur idem prædicatum conditionaliter de termino q; ad. f.
reduplicato per terminum tranſcendentem, ut ſor.in- 42.ſo-
quantum homo eſt animal. ſic exponitur, ſor. eſt ho- phiſ. 4.
mo,& ſor.eſt animal.& ſi aliquid eſt homo illud eſt to.
C animal.ergo &c.& ita cum termino uniuerſaliter, aut
indefinitę tento: ut omnis homo inquantum animal
eſt ſubſtantia ſic exponitur. omnis homo eſt animal:
& omnis homo eſt ſubſtantia,et ſi aliquid eſt animal,
illud eſt ſubſtantia.ergo & cętera. Reduplicatiua ne-
gatiua, cuius negatio ſequitur notam reduplicationis
eſt ſimiliter exponibilis, ut ſor.inquantum homo non
eſt aſinus.exponitur ſic:ſor. eſt homo, & ſor. non eſt
aſinus,& ſi aliquid eſt homo, iſtud non eſt aſinus. er-
D go & cætera. & ita dicatur de quibuſcunq; alĳs, nega
tiua uero reduplicatiua,cuius negatio præcedit notam
reduplicationis non eſt exponenda ſed probāda per

ſtum contradictorium:ut ſępe dictum eſt. Ex prędi
ctis infero aliquas cōcluſiones:quarum prima eſt iſta.
A Aliqua inquantum conueniunt differunt, probatur.
aliqua conueniunt & aliqua differunt:& ſi aliqua con
ueniunt illa differunt. ergo et cætera. patet conſequētia
ab exponentibus ad expoſitam. & tertia pars antece-
dentis probatur. quoniā ſi aliqua conueniunt illa ſunt:
& illa ſunt diſtincta, & ſi ſunt diſtincta differunt. ergo
a primo ad ultimum ſi aliqua conueniunt illa diffe-
runt. Secunda concluſio. Quilibet homo inquātum
homo eſt riſibilis. et tamen non quilibet homo inquan
tum animal eſt riſibilis. prima pars patet per exponen
B tes. quoniam quilibet homo eſt homo. & quilibet ho-
mo eſt riſibilis. & ſi aliquid eſt homo illud eſt riſibile.
ergo & cætera. ſecunda pars etiam patet quia ſi non,
detur oppoſitum. ſ. ꝙ quilibet homo inquantum ani-
mal eſt riſibilis. & certum eſt ꝙ hæc eſt falſa. quia ter-
tia exponens eſt falſa ſcilicet, ſi ali quid eſt animal illud
eſt riſibile. Tertia concluſio. Sor. inquantum homo
eſt animal. et tamen ſor. non inquantum homo eſt ſor.
prima pars patet per exponentes & ſecunda ſimiliter:
C quia ſi non, detur oppoſitum, ſcilicet ſor. inquantum
homo eſt ſor. & patet ꝙ iſta eſt falſa. quia eius tertia
exponens eſt falſa, ſcilicet ſi aliquid eſt homo illud eſt
ſor. Quarta concluſio. Tu inquantum homo, non es
aſinus. et tamen tu non inquantum animal, non es aſi
nus. prima pars patet. quia tu es homo & tu non es aſi
nus. & ſi aliqd eſt homo illud non eſt aſinus. ergo &c.
ſecunda pars etiam probatur. quia ſi non. detur oppoſi
tum, tu inquātum animal non es aſinus. & patet ꝙ ter
D tia eius exponens eſt falſa. ſ. ſi aliquid eſt animal illud
non eſt aſinus. Et ita dicatur ſi ly de quanto, & pro
quanto, faceret propoſitionem reduplicatiuam.

De ly immediate. Cap. 15.

A IMmediate duas in ſe continet exponētes, quarum
prima eſt præiacens. ſecunda negatiua ſibi corre-
ſpondens ſecundum exigentiam ſui uerbi. ut imme
diate ante. a. tu fuiſti. exponitur ſic, ante. a. tu fuiſti. &
nullum fuit inſtans ante. a. quin inter illud, &. a. tu fui-
ſti. ergo &c. Item immediate poſt. b. tu eris. ſic expo-
nitur. poſt. b. tu eris. et nullum erit inſtans poſt. b. quin
inter illud &. b. tu eris. ergo &c. Modo conſimili ex-
ponitur negatiua: cuius negatio ſubſequitur ly imme-
diate, ut immediate ante hoc tu non fuiſti albus, ſic ex
ponitur ante hoc tu non fuiſti albus, & nullum fuit in-
B ſtans ante hoc: quin inter illud, & hoc tu non fuiſti al-
bus. ergo et cętera. Item immediate poſt inſtans prę-
ſens tu non curres. ſic exponitur. poſt inſtans præſens
tu non curres & nullum erit inſtans poſt inſtans præ-
ſens: quin inter illud & inſtans præſens tu non curras.
ergo & cętera. Oppoſita harum propoſitionum dātur
per negationem pręcedentem ly immediate, & non
probatur talis propoſitio niſi per aſſignationē contra-
dictoriorum. Ex prędictis infero aliquas concluſio
C nes, quarum prima eſt iſta. Immediate ante hoc tu fui-
ſti albus, & immediate ante hoc tu fuiſti niger. proba-
tur, & pono ꝙ in qualibet parte pari horæ præteritæ
fueris albus. & in qualibet pte impari fueris niger. iſto
poſito arguiẽ ſic. immediate ante hoc fuit aliqua pars
par, ergo immediate ante hoc tu fuiſti albus. ꝯſequen-
tia tenet et añs probatur. nam ante hoc fuit aliqua pars
par. & nullum fuit inſtans ante hoc, quin inter illud et
hoc fuerit aliqua pars par. ergo &c. ſilr probaẽ alia ps
D cōcluſionis. nam immediate ante hoc fuit aliqua pars
impar. ergo īmediate ante hoc tu fuiſti niger cōſequen
tia patet, & antecedens ut prius probatur. nā ante hoc

Pro to-
to ca. ui-
de in lo,
ma. a f.
61. uſq;
ad f. 63. /
ſophi.
35. to. /
17. prin:
i. du. to.

Digitized by Google

fuit aliqua pars impár,et nullum fuit inſtans ante hoc,
quin inter illud & hoc fuerit aliq̃ pars impar. ergo etc. A
Eadem concluſio poteſt uerificari de futuro. Secun-
da concluſio. Duo contradictoria inter ſe contradicen
tia immediate ante hoc fuerunt uera. & immediate an
te hoc fuerunt falſa. & tamen non fuerunt ſimul uera
neq; ſimul falſa. probatur, et pono quòd. a. ſit illa, tu es
albus, & .b. iſta, tu nõ es albus. iſto poſito patet, quòd
a. immediate ante hoc fuit uerum. Nam quandocunq;
fuit aliqua pars par. a. fuit uerum. ſed immediate ante
hoc fuit aliqua pars par. ergo immediate ante hoc. a.
fuit uerum, & immediate ante. a. fuit falſum. quia quã-
docunq; fuit aliqua pars impar. a. fuit falſum. ſed im- B
mediate ante hoc fuit aliqua pars impar. ergo imme-
diate ante hoc. a. fuit falſum. Eodem modo poteſt pro
bari quòd. b. immediate ante hoc fuit uerum & fal-
ſum. Quod autem. a. & .b. non fuerint ſimul uera nec
ſimul falſa. hoc patet quia in quocunq; inſtanti. a. fuit
uerum. b. fuit falſum & econuerſo. Ex quibus ſequi-
tur. quòd immediate ante hoc fuiſti albus. & imme-
diate ante hoc tu non fuiſti albus prima pars patet, &
ſecunda probatur nam quandocunq; tu fuiſti niger, tu C
non fuiſti albus: ſed immediate ante hoc tu fuiſti ni-
ger. ergo immediate ante hoc tu non fuiſti albus. & ita
cõceditur quòd. a. propoſitio immediate ante hoc fuit
uera. et immediate ante hoc, non fuit uera. probata eſt
prima pars, ſecunda probatur nam quandocunq;. a.
propoſitio fuit falſa, ipſa non fuit uera. ſed immediate
ante hoc. a. propoſitio fuit falſa. ergo immediate ante
hoc. a. propoſitio non fuit uera. Tertia concluſio. Im-
mediate poſt hoc erit inſtans quod non immediate D
poſt hoc erit. probatur. nam poſt hoc erit inſtans. quod
non immediate poſt hoc erit. & nullum erit inſtans

poſt hoc quin inter illud & hoc erit inſtans, quod non
A immediate poſt hoc erit. quia quocunq; inſtanti dato,
quod erit poſt hoc. inter illud & hoc erunt infinita
inſtantia, quorum nullum mediate poſt hoc erit. Ex
qua cõcluſione ſequitur quòd immediate poſt hoc erit
aliquid, quod non immediate poſt hoc erit. Quarta
concluſio. Poſt. a. inſtans tu curres. & nullum erit in-
ſtans poſt. a. quin ante illud tu curres. & tamen non
immediate poſt. a. tu curres. probatur & pono quòd
curres hodie: ſed non cras, & pono quòd. a. erit inſtans
medium craſtinę diei, poſt quem diem tu iterum cur-
B res aliquando. iſto poſito patet quòd non immediate
poſt. a. tu curres, et tamen poſt. a. tu curres, ut ponit ca-
ſus. quia ante. a. curres. quia iſto præſenti die. ideo nul-
lum erit inſtans poſt. a. quin ante illud tu curres. quic-
quid enim curret ante. a. curret etiam ante quodlibet
inſtans quod erit poſt. a. Notandum quòd ly, imme
diate, dupliciter ſumitur ſcilicet aduerbialiter & no-
minaliter. primo modo ſum hic locutus, ſcilicet aduer-
bialiter. ſed ſecundo modo ſumitur. ut hic, immediate
ſunt partes in continuo ideſt ſine medio. & ſic non ſu-
C mitur in propoſito.

De ly incipit & deſinit. Cap. 14.

INcipit dupliciter exponitur. Vno modo per poſi-
tionem de præſenti & remotionem de præterito. Pro hoc
Alio modo per remotionem de præſenti & poſi ca. uide
tionem de futuro. uer. gra. ſor. incipit eſſe albus. primo in lo. m.
modo exponitur ſic, ſor. nunc eſt albus. & non imme- a ſo.64.
diate ante inſtans quod eſt præſens fuit albus. ſecundo uſq; ad
modo exponitur ſic, ſor. nunc non eſt albus & imme- ſol.66.
D diate poſt inſtans quod eſt præſens erit albus. ergo etc.
Deſinit uero exponitur modo oppoſito etiam dupli-
citer. primo modo per remotionem de præſenti: et po-

Digitized by Google

ſitionem de præterito, ut ſor. nunc non eſt albus. & im
mediate ante inſtans quod eſt præſens, ſor. fuit albus,
ergo ſor. deſinit eſſe albus. ſecundo modo per poſitio- A
nem de præſenti, & remotionem de futuro, ut ſor. nunc
eſt albus, & non immediate poſt inſtans quod eſt pręſ
ſens erit albus, ergo ſor. deſinit eſſe albus. Ex prædi
ctis infero aliquas concluſiones, quarum prima eſt
iſta. Tu incipis eſſe albus, & tamen tu non incipis eſſe
coloratus. probatur. & pono quòd nunc tu ſcis albus,
& continue ante hoc fuerts niger. iſto poſito tu nunc
es albus, & non immediate ante inſtans quod eſt pręſ
ſens tu fuiſti albus: ergo tu incipis eſſe albus. & tamen B
tu non incipis eſſe coloratus, quia nunc es coloratus,
& immediate ante inſtans quod eſt præſens fuiſti co-
loratus. & immediate poſt inſtans quod eſt præſens
eris coloratus. ergo non incipis eſſe coloratus. Se-
cunda concluſio. Deus incipit eſſe in hoc inſtanti, &
tamen non incipit eſſe in aliquo inſtanti. prima pars
probatur. Nam deus eſt in hoc inſtanti. deus eſt in hoc
inſtanti, & non immediate ante inſtans quod eſt præ-
ſens fuit in hoc inſtanti. ergo deus incipit eſſe in hoc in-
ſtanti. ſecunda pars etiam patet, nam deus eſt in ali- C
quo inſtanti & immediate ante inſtans quod eſt præ-
ſens fuit in aliquo inſtanti, & immediate poſt inſtans
quod eſt præſens, erit in aliquo inſtanti. ergo et cętera.

Tertia concluſio. Incipit eſſe oē quod eſt. & tamen
non incipit eſſe aliquid quod eſt. prima pars probatur:
quoniam nunc eſt omne quod eſt, & non immediate
ante inſtans quod eſt pręſens: fuit oē quod eſt, quia in-
ſtans præſens. ergo &c. ſecunda pars probatur. nam
nunc eſt aliquid quod eſt, & immediate ante inſtans D
quod eſt præſens fuit aliquid quod eſt, & immediate
poſt inſtans quod eſt pręſens. erit aliquid quod eſt. er-

go &c. Quarta concluſio. Tu incipis uidere quem-
A libet hominem, & tamen non incipis uidere aliquem
hominem, immo nullum hominē incipis uidere. pro-
batur & pono ꝙ continue ante hoc non fuerint niſi de
cem homines, quorum nouem uideris, uideas, & uide
bis. ſed decimum non uideris. qui iam nunc primo de-
ſinat eſſe per remotionem de præſenti. iſio poſito. tu
incipis uidere quemlibet hominem. quia tu nunc uides
quemlibet hominem, & non immediate ante inſtans
quod eſt præſens uidiſti quemlibet hominem, quia
non iſtum decimum. ergo. Et tamen tu non incipis ui-
dere aliquem hominem, quia tu non uides aliquem ho
B minem, et immediate ante inſtans quo deſt pręſens ui
diſti aliquem hominem. ergo &c. Etiam nullum ho-
minem incipis uidere, quia quocunq; dato quem iam
uides. iſtum immediate ante hoc uidiſti, & immediate
poſt hoc uidebis. ut ponit caſus. ergo & cætera. ex illa
propoſitione ſequitur quod tu incipis ſcire decem pro-
poſitiones, & tñ non incipis ſcire aliquam propoſitio
nem. dato quòd nunc ſcias decem propoſitiones et im
mediate ante hoc inſtans quod eſt præſens non ſciebas
C niſi nouem. Conſimiles concluſiones conceduntur
in materia de hoc uerbo deſinit, ut quòd tu deſinis cur
rere, et tamen non deſinis moueri. dato quòd nunc mo
uearis, & non curras. ſed immediate ante inſtans quod
eſt præſens currebas. Secunda concluſio. Deus deſi-
nit eſſe in hoc inſtanti præſenti, & tamen non deſinit
eſſe in aliquo inſtanti. Tertia concluſio. Deſinit eſſe
omne quod eſt. & tñ non deſinit eſſe aliquid quod eſt.

Quarta concluſio. Tu deſinis uidere quemlibet ho-
D minem: & tñ non deſinis uidere aliquem hominē: im-
mo nullum hominem deſinis uidere. dato ꝙ continue
ante hoc inſtans quod eſt præſens uidebas omnes ho-

Digitized by Google

mines quos iam uides,& generetur nunc primo unus de nouo quem non uideas. Et ita conceditur quòd tu A deſinis ſcire decem propoſitiones:& tamen non deſinis ſcire aliquam propoſitionem:dato quòd nunc ſcias decem. & continue poſt hoc ſolummodo nouem. quare &c.

De ly totus. Cap. 15.

Vide In lo. ma. a fo. 56. uſq; ad fo. 577. 7. princ. 2. dub. to. 33. ſoph. to.

TOtus conuertibiliter idem eſt quòd quælibet pars:quando ſyncategorematicæ tenetur,ut totus ſor. eſt minor ſor.& tunc ſic exponitur. aliqua pars ſor. eſt minor ſor.& nulla eſt pars ſor. quin illa ſit minor ſor.&c.Sed quando categorematicæ tene B tur:tunc totum idem eſt quod ens perfectum ex omnibus ſuis partibus: ut ſor. eſt totus. homo: ideſt ſor. eſt perfectus homo ex omnibus ſuis partibus.& communiter quando præcedit totam propoſitionem ſyncategorematicæ tenetur:quando uera mediat inter partes ſubiecti:aut ponitur a parte prædicati, categorematicæ tenetur.ut totus ſor. eſt aliquid hominis ly totus,tenetur ſyncategorematicæ ſed dicendo. ens totum animal mouetur, aut tu es totus homo, ly totum: tenetur categorematicæ. Ex quibus infero aliquas conclu- C ſiones. quarum prima eſt iſta. Totus ſor. eſt aliquid ſor.& tamen non totus ſor. eſt minor.prima pars probatur.quia quælibet pars ſor. eſt aliquid ſor. ſecunda etiam probatur,quia non quælibet pars ſor. eſt minor ſor.ſicut corpus totale ſor.aut anima eius,quæ non eſt quanta,non ſunt minora ſor. Secunda concluſio. Totus ſor. eſt pars ſor.& tamen non totus homo eſt pars ſor. prima pars patet. quia quælibet pars ſor. eſt pars ſor.ſecunda pars etiam patet quoniam non quælibet D pars hominis eſt pars ſor.nam eſt aliqua pars pla.quæ non eſt pars ſor. Tertia concluſio. In oculo tuo eſt

totum

totum quod eſt in mundo.& tamen non totum quod A eſt in mundo eſt in oculo tuo,prima pars probatur.nã in oculo tuo eſt ens perfectum ex ſuis partibus: quia pupilla oculi tui. ſecunda pars etiam patet. quia non quælibet pars mundi eſt in oculo tuo. Quarta concluſio corollaria ex priori,in burſa tua eſt tota pecunia mundi,& in anima tua eſt tota ſcientia poſſibilis. prima pars probatur. quoniam in burſa tua eſt ens perfectum ex ſuis partibus, quod eſt pecunia mundi: dato, quod habeas unum denariũ in burſa tua. ſecunda pars etiam patet ex priori,eo quòd in anima tua eſt ens per B fectum ex ſuis partibus quod eſt ſcientia poſſibilis. ex quibus ſequitur,quòd hæc propoſitio eſt falſa. quæ tamen communiter conceditur,ſcilicet anima intellectiua eſt tota in toto & tota in qualibet parte. nam ſi eſt tota ergo eſt ens habens partes. conſequens falſum. quare &c.

De ly ſemper. Cap. 16.

SEmper conuertitur cum ly omni tempore ſecundum exigentiam uerbi cui additur.ita quòd idem C eſt dicere ſemper fuit homo:& omni tempore præterito fuit homo.& exponitur ſic, aliquando fuit homo.& non fuit aliquando quin tunc fuerit homo. ergo &c.Item de futuro,ſemper erit aliquid, exponitur ſic,aliquando erit aliquid:& non erit aliquando, quin tunc erit aliquid,ergo &c. Ex prædictis infero aliquas concluſiones:quarum prima eſt iſta. Semper fuit aliquid quod non ſemper fuit.probatur. aliquãdo fuit aliquid quod non ſemper fuit:& non fuit aliquando, quin tunc fuerit aliquid quod nõ ſemper fuit.ergo &c.

Vide in lo. ma. a fo. 57. uſq; ad fo. 58.

D Secunda concluſio. Semper erit aliquis homo. qui non ſemper erit.probatur. quia aliquando erit aliquis homo:qui non ſemper erit:et non erit aliquando,quin

Digitized by Google

tunc erit aliquis homo qui non ſemper erit. ergo &c.
Tertia concluſio. Sēper eſt hoc inſtans prēſens. pro- A
batur. aliquando eſt hoc inſtans prēſens, & non eſt ali
quando quin tunc ſit hoc inſtans prēſens: ergo patet ẽt
ex ſua conuertibili. ſ. omni tempore prēſenti eſt hoc in-
ſtans præſens. Ex eadem concluſione ſequitur corolla-
riē quòd quicquid uiuit ſemper eſt, & quicquid currit
uel mouetur ſemper ſe habet eodem modo, licet non
ſemper ſe habuerit: aut ſemper ſe habebit eodem mo-
do. Notandum quòd non abſque cauſa dicitur,
ſemper conuerti cum ly omni tempore, ſecundum exi
gentiam ſui uerbi. quia ſi abſolute conuerteretur cum
ly omni tempore: hæc eſſet falſa, ſemper deus fuit, aut B
mundus ſemper erit: quia non omni tempore deus
fuit. probatur. nam ſi omni tempore deus fuit, & præ-
ſens tempus eſt tempus. ergo tempore præſenti deus
fuit. patet conſequentia. quia in tertio primæ, ex quo
ly tempore, ampliatur ad ſupponendum pro eo quod
eſt uel fuit, conſequens eſt falſum: quia tempus præ-
ſens nunquam fuit. Eodem modo oſtenditur falſitas
huius. mundus ſemper erit. quia non erit in tempore
præſenti. uerum tamen eligat reſpondens reſponſio- C
nem ſibi magis conformem, quia harum quælibet ſu-
ſtentabilis eſt. Ex illo ſecundo modo ſequitur. quòd
aliquando deus non fuit: & aliquando cœlum non
erit, quia tunc deus non fuit demonſtrando inſtans
præſens. & tunc eſt uel fuit aliquando. ergo & cætera.
Conſimiliter, aliquando cœlum non erit: quia tunc
non erit: demonſtrando inſtans præſens: & tunc eſt uel
erit aliquando. ergo &c.

De ly ab æterno. Cap. 17. D

AB æterno dupliciter ſumitur. Vno modo no-
minaliter cum determinatione præpoſitionis.

a. uel. b. & tunc reſoluitur, ut ab æterno fuit. a. ab hoc
A fuit. & hoc eſt uel fuit æternum. ergo ab æterno fuit. a.
ita quòd ab æterno nominaliter ſumendo conuertitur
cum ly ab aliquo æterno. Aliter ſumitur ab ęterno, ſci-
licet aduerbialiter, & conuertitur cum ly æternaliter,
& ſignificat idem quod ante omne tempus finitum,
aut omne inſtans, uel poſt omne tempus finitum, uel
poſt omne inſtans. & exponitur ſic: ab æterno fuit de-
us, ante aliquod tempus finitum fuit deus, ut nullum
fuit tempus infinitum, quin ante illud fuerit deus. er-
B go & cætera. Similiter de futuro: ut ab ęterno uel ęter-
naliter erit aliquid. ſic exponitur, poſt aliquod tempus
finitum erit aliquid: et non eſt uel erit tempus finitum,
quin poſt illud erit aliquid. ergo & cætera. Vel ſic,
poſt aliquod inſtans erit aliquid, & non eſt uel erit ali
quod inſtans, quin poſt illud erit aliquid. ergo &c.
Et notanter dico finitum. quia aliquod fuit tempus
ante quod deus non fuit, ſcilicet tempus infinitum a
parte ante, ſimiliter aliquod erit tempus poſt quod
nihil erit, uidelicet tempus infinitum a parte poſt.
C Ex prædictis infero aliquas concluſiones, qua-
rum prima eſt iſta. Ab æterno tu fuiſti & tamen
non æternaliter tu fuiſti, ſecunda pars eſt de ſe mani-
feſta. quoniam ante tempus mille annorum tu non
fuiſti. ſed ſecunda pars probatur. nam ab iſto tu
fuiſti demonſtrando deum. et hoc eſt uel fuit ęternum,
ergo patet conſequentia tenendo ly ab æterno nomi-
naliter. Secunda concluſio. Ab æterno tu eris.
& tamen non ab æterno tu eris. patet iſta concluſio ſu
mendo ly ab æterno, in prima parte nominaliter, in
D ſecunda aduerbialiter, nec ſunt contradictoria ex
quo illi termini non uniformiter ſumuntur. Ter-
tia concluſio. Ab æterno ſiue æternaliter fuit ali-

Pro hoc uide in lo. ma. fol. 58.

Digitized by Google

quid quod non ab ęterno ſiue ęternaliter fuit proba-
tur. nam ante aliquod tempus finitum fuit aliquid qđ A
non ab ęterno: ſiue æternaliter fuit. & non eſt uel fuit
tempus finitum quin ante illud fuerit aliquid quod nō
ab æterno, ſiue ęternaliter fuit. ergo &c. Quarta con-
cluſio. Aeternaliter ſiue ab æterno erit aliquis homo
qui non erit æternaliter ſiue ab æterno, probatur. nam
poſt aliquod tempus finitum erit aliquis homo qui
non erit æternaliter, ſiue ab æterno & non eſt uel erit
tempus finitum, quin poſt illud erit aliquis homo qui
non æternaliter: ſiue ab æterno erit. ergo &c. Quæ
cunq; dicta ſunt de ly ab æterno, & æternaliter poſ-
ſunt dici de iſtis terminis: perpetuo, & in ęternum: q B
poſſunt dupliciter ſumi. ſ. nominaliter et aduerbialiter:
ſicut in prioribus exemplificatum eſt.

De ly infinitum. Cap. 18.

Vide in lo. ma. a fo. 58. uſ q; ad fo. 61.

INfinitum dupliciter ſumitur, ſcilicet categoremati
cæ & ſyncategorematicæ. Categorematicæ enim
idem eſt quòd ſine fine, & ſine principio, ut. a. eſt
infinitum. ideſt. a. eſt ſine principio & ſine fine. & ſic
communiter ſumitur quando ponitur a parte prædi-
cati. ut exemplificatum eſt: aut quando limitatur in ſu- C
biecto: ut dicendo, aliquod infinitum eſt. huiuſmodi
autem limitatio fit quando adiectiuæ uel ſubſtantiuæ
tenetur. Sic autem ſumendo ly infinitum, ſolet dici q
nihil eſt infinitum. nec aliqua ſunt infinita. quia nihil
eſt ſine fine nec aliqua ſunt ſine fine. Sumendo autem
ly infinitum, ſyncategorematicæ exponitur per duas
exponentes, ſecundum exigentiam termini cui addi-
tur, aut ſecundum propriam naturam ſingularis uel
pluralis numeri. ut infinitum corpus eſt. ſic exponitur. D
Aliquantum corpus eſt. & non eſt corpus finitum,
quin iſto maius ſit. ergo &c. Item infinitum corpus

fuit, ſic exponitur. aliquantum corpus fuit, & non eſt,
A uel fuit corpus finitum quin illo maius fuerit. ergo etc.
In plurali autem numero non exponitur per ly maius:
ſed per ly plura, ut infinita corpora ſunt, ſic Exponi-
tur. aliquot corpora ſunt. & non ſunt corpora finita
quin plura illa ſint. ergo &c. Item de præterito. infini-
ti homines fuerunt. ſic exponitur. aliquot homines fue-
runt, et non ſunt uel fuerunt homines infiniti quin plu
res illis fuerint. ergo &c. ſimiliter de futuro. ut infinita
inſtantia erunt. ſic exponitur. Aliquot inſtantia erunt:
& non ſunt uel erunt inſtantia finita quin illis plura
erunt. ergo &c. Eſt tamen alter modus exponendi: quẽ
B communiter ſuſtinetur ſapiens quodammodo natu-
ram ſingularium, ut infinitum corpus eſt. ſic exponi-
tur. Aliquantum corpus eſt: & duplum ad illud: & tri
plum ad illud: & ſic in infinitum. ergo &c. Item in plura-
li numero: ut infinita ſunt ſic exponitur. duo ſunt. &
tria ſunt, & ſic in infinitum. ergo &c. Quilibet iſto-
rum modorum bonus eſt ad præſens. uerumtamen pri
mus eſt formalior, licet forte ſecundus ſit intelligibi-
lior... Ex prędictis infero aliquas concluſiones: qua-
C rum prima eſt iſta. Infinitum corpus deus poteſt pro-
ducere, non tamẽ poteſt producere corpus infinitum.
prima pars probatur. Nam aliquantum corpus deus
poteſt producere. & non eſt uel poteſt eſſe corpus fini-
tum quin maius illo deus poſſit producere. ergo &c.
Vel aliter. Aliquantum corpus deus poteſt produce-
re, & duplum ad illud, & triplum ad illud, & ſic in in-
finitum. ergo &c. ſecunda uero pars patet de ſe. quo-
niam deus non poteſt producere corpus ſine fine, eo
D enim quòd aliquod eſt corpus, ipſum eſt figuratum,
ergo. termino uel terminis clauſum, & per conſequens
finitum. ergo &c. Secunda cõcluſio. Infinitum tem-

Digitized by Google

[illegible]

pus eſt elapſum, et tamen nullum tempus elapſum fuit infinitum. prima pars probatur. qm̄ aliquod tẽpus eſt elapſum. & duplum ad illud, & triplum ad illud, et ſic in infinitum. ergo &c. ſecunda pars ẽt probaẽ ex hoc. quia nullum tempus elapſum fuit ſine fine. quodlibet namq; terminabaẽ ad aliquod inſtans. Sed hic dubitatur. Nam in altero capitulo dictuʒ eſt ꝙ aliquod fuit tempus infinitum a parte ante. ergo aliquod tempus elapſum fuit infinitum. Dr̃ ꝙ ibi loquutus ſum de infinito ſm̄ quid quod nõ habet principiũ: ſed finem, ſicut tẽpus infinitum preteritum, nunc autẽ loquor de infinito ſimpl'r quod non habet principiũ neq; finem.

B Tertia ꝯcluſio. Infinitus numerus eſt finitus, & tñ nullus numerus infinitus eſt finitus prima pars patet, qm̄ aliquantus numerus eſt numerus ſinitus & nõ eſt numerus finitus, quin illud ſit nũerus finitus. ergo etc. ſecunda pars patet qm̄ nullus numerus finitus eſt ſine fine. ergo &c. Quarta concluſio. Infinita ſunt finita: & tñ nulla finita ſunt infinita. prima pars probaẽ, quia duo ſunt finita, et tria ſunt finita, et ſic in infinitũ. ergo ſecũda pars patet de ſe, quia nulla finita ſunt entia ſine

C fine. Quinta ꝯ… infinitis finita ſunt plura. & tñ … ita ſu… finitis. prima pars patet, qm̄ … & tribus finita ſunt plura, & … de ſe. quia ſuum op… …tionem. Sex… …unt anni, dato … …gnus, iſta con… …tes. Ex qua … …t dies quàm

D … …norum pro-

Incipit Tractatus Quintus obligatorie artis. Cap. 1.

Vide de hoc l lo. ma. f. 117. col. prima. In lo. m. fol. 178. col. 3. & fol. 179. col. 1.

A Obligatio eſt oratio compoſita ex ſignis obligationis & obligato. ut pono tibi iſtã. tu es romæ. tota hæc ratio uocatur obligatio. Signa autem obligationis ſunt iſtę dictiones. pono tibi iſtam, depono tibi iſtam, obligatus uero eſt illa oratio, tu es romæ. Duæ igitur ſunt ſpecies obligationis, uidelicet poſitio, & depoſitio. in quarum prima eſt primitus inſtandum, quaſdam generales regulas præponendo: quarum prima eſt iſta.

B Omne poſſibile tibi poſitum eſt a te admittendum, uerbi gratia, Si pono tibi iſtam, tu es, admittenda eſt etiam ſi ponatur ſuum contradictorium, tu non es. & ita de cæteris poſſibilibus propoſitionibus. Secunda regula. Omne tibi poſitum & a te admiſſum infra tempus obligationis propoſitum eſt a te concedendum. uerbi gratia. pono tibi iſtam, tu es romæ. qua admiſſa, quia poſſibilis. quotienſcunque proponitur durante tempore obligationis eſt concedenda. Et no-

C tanter dicitur, durante tempore obligationis. quia ipſo ceſſante non amplius obligatur reſpondens ipſam concedere. Et durat tempus obligationis ab inſtanti admiſſionis quouſque dicatur, cedat tempus obligationis, uel quouſque opponens transferat ſed ad aliam materiam uel pœnitus dimittat diſputationem. Tertia regula. omne ſequens ex poſito & admiſſo per ſe aut ex poſito cum conceſſo. uel cum con-

D ceſſis, infra tempus obligationis propoſitum eſt concedendum. Exemplum primi. pono tibi iſtam, tu es romæ. qua admiſſa propono, tu non es paſiſiis concedenda eſt, quia ſequens ex poſito per ſe.

Digitized by Google

nam bene ſequitur,tu es romæ.ergo tu non es pariſiis.
Exemplum ſecundi.pono tibi iſtam, omnis homo eſt A
romę.qua admiſſa propono,tu es homo, concedenda
eſt:quia uera et impertinens deinde tu es romę.iterum
eſt concedenda quia ſequens ex poſito cum conceſſo,
ſequitur enim omnis homo eſt romæ. tu es homo.ergo
tu es romæ. Exemplum tertij. pono tibi iſtam, omnis
homo diſputās eſt pariſiis:qua poſita & admiſſa pro-
pono tibi,tu es homo diſputans, concedenda eſt, quia
quælibet iſtarum eſt uera et impertinens. Deinde tu es
pariſiis:oportet concedere quia ſequitur ex poſito cum
duobus conceſſis. Sequitur enim omnis homo diſpu-
tans eſt pariſiis,tu es homo & tu es diſputans. ergo tu B
es pariſiis. Quarta regula eſt iſta. Omne repugnans
poſito cum conceſſo uel cum conceſſis collectiuæ uel
diuiſiuæ eſt negandum. patet:quia duo contradictoria
non ſunt concedēda ab eodem in eodem tempore. ſed
cuiuslibet talia repugnantis eſt oppoſitum conceden-
dum.quia ſequens.ut dicit tertia regula. ergo quodli-
bet tale repugnans eſt negādum.uer.gra. poſita & ad-
miſſa iſta,omnis homo currit.et conceſſa iſta, tu es ho C
mo:debet illa negari,tu non curris,ex quo ſuum con-
tradictorium ſequitur,& eſt concedendum, ſcilicet tu
curris. Quinta regula eſt iſta. Omne ſequens ex po-
ſito cum oppoſito bene negati, uel cum oppoſitis be-
ne negatorum infra tempus obligationis propoſitum
eſt concedendum. Exemplum primi,pono tibi iſtam,
omnis homo currit:qua admiſſa propono.tu curris.ne
ganda eſt,quia falſa & non ſequens, deinde tu non es
homo,concedenda eſt,quia ſequens ex poſito cum op
poſito bene negati.ut omnis homo currit. tu non cur- D
ris.ergo tu non es homo. Exemplum ſecundi,pono ti-
bi iſtam,antichriſtus eſt aliquo colore coloratus, qua

admiſſa propono tibi iſtam,antichriſtus eſt albus uel
A antichriſtus eſt niger: neganda eſt quælibet illarum.
quia falſa non ſequens, deinde propono antichriſtus
eſt medio colore coloratus,concedenda eſt quia ſequi-
tur ex poſito et oppoſitis bene negatorum.ut antichri
ſtus eſt aliquo colore coloratus & non eſt albus nec ni
ger.ergo eſt medio colore coloratus. Sexta regula
eſt iſta. Omne repugnans poſito:& oppoſito bene ne-
gati,uel oppoſitis bene negatorum infra tempus obli
gationis propoſitum eſt negandū ut ſi in primo exem
plo proponatur tertio loco, tu es homo, neganda eſt.
quia ſuum contradictorium ſequitur. Similiter ſi in ſe-
B cundo exemplo proponatur tertio loco. antichriſtus
non eſt medio colore coloratus, neganda eſt propter
eandem cauſam,ſcilicet quia ſuum contradictorium ſe
quitur. Septima regula eſt iſta. Ad omne imperti-
nens reſpondendum eſt ſecundum ſui qualitatem.ſ.
ſi eſt uerum.concedendum eſt. ſi falſum, negandum,ſi
dubium,dubitandum. Impertinens uoco quod non
ſequitur nec repugnat.unde quælibet iſtarum:tu es ho
mo.tu curris,eſt impertinens iſti,omnis homo currit.
C quia nō ſequitur,nec repugnat ideo ſi immediate poſt
iſtam,omnis homo currit.proponit.tu es homo. con-
cedenda eſt. quia uera & impertinens. & ſi proponi-
tur.tu curris,neganda eſt. Pertinens eſt duplex,ſcilicet
ſequens & repugnans unde conceſſis iſtis. Omnis ho-
mo currit,tu es homo,tu curris. eſt pertinens ſequens,
& tu non curris,eſt pertinens repugnans. Ex iſta regu
la ſequitur corollarię.quòd omne falſum non ſequens
eſt negandum. & omne uerum non repugnans eſt con
D cedendum. prima pars probatur. nam ſi illud eſt fal-
ſum non ſequens. ergo eſt impertinens uel repugnans.
& per conſequens negandum. ſecunda pars ſimiliter

Digitized by Google

proba tur. nam ſi illud eſt uerum non repugnans. ergo ſequens uel impertinens.& per conſequens iuxta regu las dictas eſt concedendum. Octaua regula eſt iſta. Propter poſſibile poſitum non eſt impoſſibile concedendum: nec neceſſarium negandum. quia nullum repugnans eſt concedendum, nec aliquod ſequens negan dum ſed omne impoſſibile, ſaltem per ſe eſt repugnãs cuilibet, & omne neceſſarium eſt ſequens. ergo impoſ ſibile non eſt concedendum, nec neceſſarium negandum, quocunq; poſſibili poſito. Concludo ergo quòd infra tempus obligationis quotienſcunq; & quandocunq; proponitur aliqua iſtarum, deus eſt, homo eſt aſinus. prima eſt concedenda, ſecunda neganda. Notandum quòd duplex eſt neceſſarium, ſcilicet per ſe & per accidens. neceſſarium per ſe eſt illud cuius adęquatum ſignificatum nõ poteſt nec potuit, nec poterit eſſe falſum ut deus eſt neceſſarium. per accidens eſt illud cuius ſignificatum adequatum nõ poteſt eſſe falſum ſed potuit eſſe falſum. ut tu fuiſti. Vnde ſolet regulariter dici, quòd omnis propoſitio uera de præterito cuius ueritas non dependet a futuro in terminis ſimplicibus eſt neceſſaria. Similiter eſt duplex impoſſibile, uidelicet per ſe, & per accidens, impoſſibile per ſe eſt illud cuius adęquatum ſignificatum non poteſt: nec potuit eſſe uerum: nec poterit. ut nullus deus eſt. impoſſibile uero per accidens eſt illud cuius adęquatum ſignificatum non poteſt eſſe uerum, ſed bene potuit eſſe uerum: ut tu non fuiſti. Vnde ſemper ſi unum contradictorium eſt neceſſarium: aliud eſt impoſſibile: & contra. intelligitur igitur regula iſta de impoſſibili & neceſſario per ſe. quia aliquando propter poſſibile poſitum: eſt concedendum impoſſibile: & negandum neceſſarium per accidens. ut pono tibi iſtam, hoc in-

ſtans non fuit. demonſtrando inſtans præſens admit-
A tenda eſt, quia uera: qua admiſſa: certum eſt quòd il-
lud inſtans præterit: & tamen ſi propono eandem,
concedenda eſt, & ſuum oppoſitum negandum, non
obſtante quòd ſit factum impoſſibile per accidens, &
ſuum oppoſitum neceſſarium ſimiliter per accidens.
Vltima regula eſt iſta. Qualibet parte copulati-
uæ conceſſa concedenda eſt copulatiua: cuius ille uel
conſimiles ſunt partes principales, & una parte di-
ſiunctiuæ conceſſa concedenda eſt diſiunctiua, cuius
illa eſt pars principalis. probatur hoc, nam ſicut ad
B ueritatem copulatiuæ requiritur & ſufficit quamli-
bet eius partem eſſe ueram. & ad ueritatem diſiun-
ctiuæ ſufficit quòd una ſit uera. ita ad hoc quòd co-
pulatiua ſit concedenda requiritur, & ſufficit quam-
libet partem eſſe concedendam. Et ad hoc quòd di-
ſiunctiua ſit concedenda ſufficit unam partem prin-
cipalem eſſe concedendam. uer. gra. pono tibi iſtam:
tu es romæ qua admiſſa, ſi proponitur, eadem conce-
denda eſt. deinde tu es homo, concedenda eſt, quia
uera & impertinens. Vltimo ſi proponitur iſta co-
C pulatiua, tu es romæ, & tu es homo concedenda eſt.
quia partes ſunt conceſſe. & ita de diſiunctiua ſuo mo-
do dicatur.

Capitulum. 2.

Vtharum regularum ueritas intenſius innote- Pau. in
ſcat, contra quamlibet iſtarum unam forma- lo. ma. f.
bo obligationem. Contra igitur primam 181. col.
regulam arguitur. pono tibi omne poſſibile: ſi non prima.
admittis arguo ſic. Ego pono tibi omne poſſibi-
D le, & non admittis omne poſſibile, bene reſponden-
do: ergo non omne poſſibile eſt a te admittendum:
quod eſt contra regulam. Si autem admittis pro-

Digitized by Google

pono tibi iſta duo,tu es.et tu non es.ſi concedis, tu con
cedis duo contradictoria.ergo male reſpondes. Si ne- A
gas aliquam iſtarum.& qualibet iſtarum eſt tibi po-
ſita & a te admiſſa.quia poſſibilis. ex quo poſui tibi
omne poſſibile ergo tu negas tibi poſitũ & a te admiſ
ſum, & per conſequens male reſpondes. patet. conſe-
quentia per ſecundam regulam. Reſpondetur non ad-
mittendo poſitum.& tunc ad argumentum pono tibi
omne poſſibile.& non admittis omne poſſibile.ergo.
non omne poſſibile eſt a te admittendum,nego argu-
mentum.ſicut non ſequitur.pono tibi utrũq; iſtorum
contradictoriorum. tu es ,tu non es. & non admittis
utrunq; iſtorum ergo non utrunq; iſtorum contradi- B
ctoriorum eſt a te admittendum.ſed ſolum ſequitur q
non eſt admittendum utrunq; iſtorum. ita in priori
conſequentia ſequitur.quòd non eſt admittendum om
ne poſſibile,& hoc eſt uerum,cum quo ſtat quòd om-
Vide in lo. ma. a fol. 182. col. i.
ne poſſibile eſt admittendum. Contra ſecundam re
gulam.arguitur ſic.& pono tibi iſtam. Tu es romę.eſt
tibi poſitum & a te admiſſum , qua admiſſa propono
tibi. Tu es romæ neganda eſt, quia falſa & imperti-
nens.tunc arguitur ſic.iſta propoſitio eſt a te neganda. C
& eadem eſt tibi poſita & a te bene admiſſa.ergo tibi
poſitum & a te admiſſum eſt negandum tenet conſe-
quentia. quia eſt ſyllogiſmus reſolutorius. & maior
eſt conceſſa. minor uero eſt poſitum. Reſpondetur
admittendo poſitum.& cum proponitur. tu es romæ.
negatur.& tunc ad argumentum. nego maiorem. ex
eo quòd repugnat poſito.nam ſequitur,tu es romę.eſt
tibi poſitum & a te admiſſum, ergo tu es romæ , eſt a
te concedendum:quod repugnat huic, tu es romæ. eſt D
a te negandum.Quotieſcunq; ergo proponitur iſta ne-
gatur.& cum dicitur,iſta eſt a te neganda. iterum ne-

gatur.& conceditur quòd eſt concedenda. & ſi argui-
A tur ſic,iſta eſt a te concedenda , & tu negas eam. ergo
male reſpondes. negatur conſequentia ſicut non ſequi-
tur.tu concedis.a. propoſitionem, &. a. propoſitio eſt
falſa.ergo tu male reſpondes.dato quòd.a.ſit unum fal
ſum ſequens:ſed in qualibet illarum conſequentiarum
addendũ eſt in antecedente:tu non es obligatus, quod
negatur tanquam falſum & impertinens. Contra
Ibi ut ſupra. fol. 183. & ſic de reliquis uſq; a fol. 189.
tertiam regulam arguitur ſic pono tibi iſtam . tu cur
ris.& tu non curris,eſt a te concedendum,caſus eſt poſ
ſibilis.quia poſſibile eſt quòd tu curras. & quòd iſta,
tu non curris ſit tibi poſita & a te admiſſa. & conſe
B quenter concedenda . admiſſo ergo caſu arguo ſic , tu
curris:non eſt a te concedendum, & tu curris. ſequitur
ex poſito et admiſſo tanquam a copulatiua ad alteram
partem.ergo non quodlibet ſequens ex poſito & ad-
miſſo eſt concedendum. conſequentia tenet. & prima
pars antecedentis.probatur. nam tu non curris eſt a te
concedendum per poſitum.ſed tu non curris contradi
cit iſti,tu curris ergo tu curris non eſt a te conceden-
dum conſequentia tenet,quia ſi unum contradictorio
C rum eſt concedendum reliquum eſt negandum. Re
ſpondetur admittendo poſitum, et tunc ad argumen-
tum nego iſtam.tu curris. non eſt a te concedendum:
& ad probationem nego minorem,uidelicet tu curris
contradicit iſti,tu non curris.non tanquam falſam,ſed
tanquam repugnantem duobus conceſſis. ſequitur
enim tu curris eſt a te concedendum , & tu non curris
eſt a te concedendum. ergo tu curris , & tu non curris
non ſunt contradictoria.Si tamen fieret caſus iſto mo-
D do,pono tibi iſtam,tu curris,& tu non curris,eius con
tradictorium eſt a te concedendum admitto caſum.&
concedo illam , tu curris quotieſcunq; proponitur. &

Digitized by Google

quid quod non ab ęterno ſiue ęternaliter fuit proba-
tur. nam ante aliquod tempus finitum fuit aliquid qđ A
non ab ęterno: ſiue æternaliter fuit. & non eſt uel fuit
tempus finitum quin ante illud fuerit aliquid quod nõ
ab æterno, ſiue ęternaliter fuit. ergo &c. Quarta con-
cluſio. Aeternaliter ſiue ab æterno erit aliquis homo
qui non erit æternaliter ſiue ab æterno. probatur. nam
poſt aliquod tempus finitum erit aliquis homo qui
non erit æternaliter, ſiue ab æterno & non eſt uel erit
tempus finitum, quin poſt illud erit aliquis homo qui
non æternaliter: ſiue ab æterno erit. ergo &c. Quæ-
cunq; dicta ſunt de ly ab æterno, & æternaliter poſ-
ſunt dici de iſtis terminis: perpetuo, & inęternum: ꝙ B
poſſunt dupliciter ſumi. ſ. nominaliter et aduerbialiter:
ſicut in prioribus exemplificatum eſt.

De ly infinitum. Cap. 18.

Vide in lo. ma. a fo. 58. uſq; ad fo. 61.

INfinitum dupliciter ſumitur, ſcilicet categoremati-
cæ & ſyncategorematicæ. Categorematicæ enim
idem eſt quòd ſine fine, & ſine principio, ut. a. eſt
infinitum. ideſt. a. eſt ſine principio & ſine fine. & ſic
communiter ſumitur quando ponitur a parte prædi-
cati. ut exemplificatum eſt: aut quando limitatur in ſu- C
biecto: ut dicendo, aliquod infinitum eſt. huiuſmodi
autem limitatio fit quando adiectiuæ uel ſubſtantiuæ
tenetur. Sic autem ſumendo ly infinitum, ſolet dici ꝙ
nihil eſt infinitum. nec aliqua ſunt infinita. quia nihil
eſt ſine fine nec aliqua ſunt ſine fine. Sumendo autem
ly infinitum, ſyncategorematicæ exponitur per duas
exponentes, ſecundum exigentiam termini cui addi-
tur, aut ſecundum propriam naturam ſingularis uel
pluralis numeri. ut infinitum corpus eſt. ſic exponitur. D
Aliquantum corpus eſt. & non eſt corpus finitum,
quin iſto maius ſit, ergo &c. Item infinitum corpus

fuit, ſic exponitur. aliquantum corpus fuit, & non eſt,
A uel fuit corpus finitum quin illo maius fuerit. ergo etc.
In plurali autem numero non exponitur per ly maius:
ſed per ly plura, ut infinita corpora ſunt, ſic Exponi-
tur. aliquot corpora ſunt. & non ſunt corpora finita
quin plura illa ſint. ergo &c. Item de præterito. infini-
ti homines fuerunt. ſic exponitur. aliquot homines fue-
runt, et non ſunt uel fuerunt homines infiniti quin plu-
res illis fuerint. ergo &c. ſimiliter de futuro. ut infinita
inſtantia erunt. ſic exponitur. Aliquot inſtantia erunt:
& non ſunt uel erunt inſtantia finita quin illis plura
erunt. ergo &c. Eſt tamen alter modus exponendi: qui
B communiter ſuſtinetur ſapiens quodammodo natu-
ram ſingularium, ut infinitum corpus eſt. ſic exponi-
tur. Aliquantum corpus eſt: & duplum ad illud: & tri-
plum ad illud: & ſic infinitum. ergo &c. Item in plura-
li numero: ut infinita ſunt ſic exponitur. duo ſunt. &
tria ſunt, & ſic in infinitum. ergo &c. Quilibet iſto-
rum modorum bonus eſt ad præſens. uerumtamen pri-
mus eſt formalior, licet forte ſecundus ſit intelligibi-
lior. .. Ex prędictis infero aliquas concluſiones: qua-
C rum prima eſt iſta. Infinitum corpus deus poteſt pro-
ducere, non tamẽ poteſt producere corpus infinitum.
prima pars probatur. Nam aliquantum corpus deus
poteſt producere. & non eſt uel poteſt eſſe corpus fini-
tum quin maius illo deus poſſit producere. ergo &c.
Vel aliter. Aliquantum corpus deus poteſt produce-
re, & duplum ad illud, & triplum ad illud, & ſic in in-
finitum. ergo &c. ſecunda uero pars patet de ſe. quo-
niam deus non poteſt producere corpus ſine fine, eo
D enim quòd aliquod eſt corpus, ipſum eſt figuratum,
ergo. termino uel terminis clauſum, & per conſequens
finitum. ergo &c. Secunda cõcluſio. Infinitum tem-

Digitized by Google

pus eſt elapſum, et tamen nullum tempus elapſum fuit infinitum. prima pars probatur. qm̄ aliquod tēpus eſt A elapſum. & duplum ad illud, & triplum ad illud, et ſic in infinitum. ergo &c. ſecunda pars ēt probaẽ ex hoc. quia nullum tempus elapſum fuit ſine fine. quodlibet namq; terminabaẽ ad aliquod inſtans. Sed hic dubĩtatur. Nam in altero capitulo dictuʒ eſt ꝙ aliquod fuit tempus infinitum a parte ante. ergo aliquod tempus elapſum fuit infinitum. Dr̃ ꝙ ibi loquutus ſum de infinito ẜm quid quod nō habet principiū: ſed finem, ſicut tēpus infinitum prꝫteritum, nunc autē loquor de infinito ſimplr̃ quod non habet principiū neq; finem. B

Tertia ꝯcluſio. Infinitus numerus eſt finitus, & tñ nullus numerus infinitus eſt finitus prima pars patet, qm̄ aliquantus numerus eſt numerus finitus & nō eſt numerus finitus, quin illud ſit nūerus finitus. ergo etc. ſecunda pars patet qm̄ nullus numerus finitus eſt ſine fine. ergo &c. Quarta concluſio. Infinita ſunt finita: & tñ nulla finita ſunt infinita. prima pars probaẽ, quia duo ſunt finita, et tria ſunt finita, et ſic in infinitū. ergo ſecūda pars patet de ſe, quia nulla finita ſunt entia ſine C fine. Quinta ꝯcluſio. Infinitis finita ſunt plura. & tñ nulla finita ſunt plura infinitis. prima pars patet, qm̄ duobus finita ſunt plura, & tribus finita ſunt plura, & ſic in infinitum. ſecunda pars patet de ſe. quia ſuum oppoſitum includit in ſe manifeſtę ꝯtradictionem. Sexta ꝯcluſio. Infiniti erūt dies, et infiniti erunt anni, dato ẜm Ariſto. ꝙ mūdus ſit perpetuus & ęternus, iſta concluſio patet qualitercunq; exponantur partes. Ex qua cōcluſione ſequitur quòd nō plures fuerunt dies quàm anni, nec erunt, quia infiniti utrobique. D

Explicit Tractatus Quartus de terminorum probationibus.

Incipit Tractatus Quintus obligatoriæ artis. Cap. 1.

A

Obligatio eſt oratio compoſita ex ſignis obligationis & obligato. ut pono tibi iſtā. tu es romæ. tota hæc ratio uocatur obligatio. Signa autem obligationis ſunt iſtę dictiones. pono tibi iſtam, depono tibi iſtam, obligatus uero eſt illa oratio, tu es romæ. Duæ igitur ſunt ſpecies obligationis, uidelicet poſitio, & depoſitio. in quarum prima eſt primitus inſtandum, quaſdam generales regulas præponendo: quarum prima eſt iſta.

Vide de hoc ĩ lo. ma. f. 117. col. prima. In lo. m. fol. 178. col. 3. & fol. 179. col. 1.

B Omne poſſibile tibi poſitum eſt a te admittendum, uerbi gratia, Si pono tibi iſtam, tu es, admittenda eſt etiam ſi ponatur ſuum contradictorium, tu non es. & ita de cæteris poſſibilibus propoſitionibus. Secunda regula. Omne tibi poſitum & a te admiſſum infra tempus obligationis propoſitum eſt a te concedendum. uerbi gratia. pono tibi iſtam, tu es romæ. qua admiſſa, quia poſſibilis. quotienſcunque proponitur durante tempore obligationis eſt concedenda. Et no-

C tanter dicitur, durantę tempore obligationis. quia ipſo ceſſante non amplius obligatur reſpondens ipſam concedere. Et durat tempus obligationis ab inſtanti admiſſionis quouſque dicatur, cedat tempus obligationis, uel quouſque opponens transferat ſed ad aliam materiam uel pœnitus dimittat diſputationem. Tertia regula. omne ſequens ex poſito & admiſſo per ſe aut ex poſito cum conceſſo. uel cum conceſſis, infra tempus obligationis propoſitum eſt con-

D cedendum. Exemplum primi. pono tibi iſtam, tu es romæ. qua admiſſa propono, tu non es paſſilis concedenda eſt, quia ſequens ex poſito per ſe.

nam bene ſequitur,tu es romæ.ergo tu non es pariſiis.
Exemplum ſecundi.pono tibi iſtam, omnis homo eſt A
romę.qua admiſſa propono,tu es homo, concedenda
eſt:quia uera et impertinens deinde tu es romę.iterum
eſt concedenda.quia ſequens ex poſito cum conceſſo,
ſequitur enim omnis homo eſt romæ. tu es homo.ergo
tu es romæ.Exemplum tertij. pono tibi iſtam, omnis
homo diſputās eſt pariſiis:qua poſita & admiſſa pro-
pono tibi,tu es homo diſputans , concedenda eſt, quia
quælibet iſtarum eſt uera et impertinens.Deinde tu es
pariſiis:oportet concedere quia ſequitur ex poſito cum
duobus conceſſis. Sequitur enim omnis homo diſpu-
tans eſt pariſiis,tu es homo & tu es diſputans. ergo tu B
es pariſiis. Quarta regula eſt iſta.Omne repugnans
poſito cum conceſſo uel cum conceſſis collectiuæ uel
diuiſiuæ eſt negandum.patet:quia duo contradictoria
non ſunt concedēda ab eodem in eodem tempore. ſed
cuiuslibet talis repugnantis eſt oppoſitum conceden-
dum.quia ſequens.ut dicit tertia regula. ergo quodli-
bet tale repugnans eſt negādum.uer.gra. poſita & ad-
miſſa iſta,omnis homo currit.et conceſſa iſta, tu es ho C
mo:debet illa negari,tu non curris,ex quo ſuum con-
tradictorium ſequitur,& eſt concedendum, ſcilicet tu
curris. Quinta regula eſt iſta.Omne ſequens ex po-
ſito cum oppoſito bene negati, uel cum oppoſitis be-
ne negatorum infra tempus obligationis propoſitum
eſt concedendum,Exemplum primi,pono tibi iſtam,
omnis homo currit:qua admiſſa propono.tu curris.ne
ganda eſt,quia falſa & non ſequens , deinde tu non es
homo,concedenda eſt,quia ſequens ex poſito cum op
poſito bene negati.ut omnis homo currit. tu non cur D
ris.ergo tu non es homo.Exemplum ſecundi,pono ti-
bi iſtam,antichriſtus eſt aliquo colore coloratus , qua

admiſſa propono tibi iſtam,antichriſtus eſt albus uel
A antichriſtus eſt niger : neganda eſt quælibet illarum,
quia falſa non ſequens , deinde propono antichriſtus
eſt medio colore coloratus,concedenda eſt quia ſequi-
tur ex poſito et oppoſitis bene negatorum.ut antichri
ſtus eſt aliquo colore coloratus & non eſt albus nec ni
ger.ergo eſt medio colore coloratus. Sexta regula
eſt iſta.Omne repugnans poſito:& oppoſito bene ne-
gati,uel oppoſitis bene negatorum infra tempus obli
gationis propoſitum eſt negandū ut ſi in primo exem
plo proponatur tertio loco, tu es homo , neganda eſt.
quia ſuum contradictorium ſequitur. Similiter ſi in ſe-
B cundo exemplo proponatur tertio loco . antichriſtus
non eſt medio colore coloratus , neganda eſt propter
eandem cauſam,ſcilicet quia ſuum contradictorium ſe
quitur. Septima regula eſt iſta . Ad omne imperti-
nens reſpondendum eſt ſecundum ſui qualitatem.i.
ſi eſt uerum.concedendum eſt. ſi falſum, negandum,ſi
dubium,dubitandum . Impertinens uoco quod non
ſequitur nec repugnat.unde quælibet iſtarum:tu es ho
mo.tu curris,eſt impertinens iſti,omnis homo currit.
C quia nō ſequitur,nec repugnat ideo ſi immediate poſt
iſtam,omnis homo currit.proponit.tu es homo. con-
cedenda eſt. quia uera & impertinens. & ſi proponi-
tur,tu curris,neganda eſt.Pertinens eſt duplex,ſcilicet
ſequens & repugnans unde conceſſis iſtis.Omnis ho-
mo currit,tu es homo,tu curris. eſt pertinens ſequens,
& tu non curris,eſt pertinens repugnans.Ex iſta regu
la ſequitur corollarię.quòd omne falſum non ſequens
eſt negandum.& omne uerum non repugnans eſt con
D cedendum. prima pars probatur. nam ſi illud eſt fal-
ſum non ſequens.ergo eſt impertinens uel repugnans,
& per conſequens negandum. ſecunda pars ſimiliter

Digitized by Google

probatur. nam ſi illud eſt uerum non repugnans. ergo
ſequens uel impertinens. & per conſequens iuxta regu
las dictas eſt concedendum. Octaua regula eſt iſta.
Propter poſſibile poſitum non eſt impoſſibile conce-
dendum: nec neceſſarium negandum. quia nullum re-
pugnans eſt concedendum, nec aliquod ſequens negan
dum ſed omne impoſſibile, ſaltem per ſe eſt repugnãs
cuilibet, & omne neceſſarium eſt ſequens. ergo impoſ
ſibile non eſt concedendum, nec neceſſarium negan-
dum, quocunq; poſſibili poſito. Concludo ergo quòd
infra tempus obligationis quotienſcunq; & quando-
cunq; proponitur aliqua iſtarum, deus eſt, homo eſt
aſinus. prima eſt concedenda, ſecunda neganda. No
tandum quòd duplex eſt neceſſarium, ſcilicet per ſe &
per accidens. neceſſarium per ſe eſt illud cuius adęqua-
tum ſignificatum nõ poteſt nec potuit, nec poterit eſſe
falſum ut deus eſt neceſſarium. per accidens eſt illud cu
ius ſignificatum adequatum nõ poteſt eſſe falſum ſed
potuit eſſe falſum. ut tu fuiſti. Vnde ſolet regulariter
dici, quòd omnis propoſitio uera de præterito cuius
ueritas non dependet a futuro in terminis ſimplicibus
eſt neceſſaria. Similiter eſt duplex impoſſibile, uideli-
cet per ſe, & per accidens, impoſſibile per ſe eſt illud
cuius adęquatum ſignificatum non poteſt: nec potuit
eſſe uerum: nec poterit. ut nullus deus eſt. impoſſibile
uero per accidens eſt illud cuius adęquatum ſignifica-
tum non poteſt eſſe uerum, ſed bene potuit eſſe uerum:
ut tu non fuiſti. Vnde ſemper ſi unum contradicto-
rium eſt neceſſarium: aliud eſt impoſſibile: & contra.
intelligitur igitur regula iſta de impoſſibili & neceſ-
ſario per ſe. quia aliquando propter poſſibile poſi-
tum: eſt concedendum impoſſibile: & negandum
neceſſarium per accidens. ut pono tibi iſtam. hoc in-

ſtans non fuit. demonſtrando inſtans præſens admit-
A tenda eſt, quia uera: qua admiſſa: certum eſt quòd il-
lud inſtans præterit: & tamen ſi propono eandem,
concedenda eſt, & ſuum oppoſitum negandum, non
obſtante quòd ſit factum impoſſibile per accidens, &
ſuum oppoſitum neceſſarium ſimiliter per accidens.
Vltima regula eſt iſta. Qualibet parte copulati-
uæ conceſſa concedenda eſt copulatiua: cuius ille uel
conſimiles ſunt partes principales, & una parte di-
ſiunctiuæ conceſſa concedenda eſt diſiunctiua, cuius
illa eſt pars principalis. probatur hoc, nam ſicut ad
B ueritatem copulatiuæ requiritur & ſufficit quamli-
bet eius partem eſſe ueram. & ad ueritatem diſiun-
ctiuæ ſufficit quòd una ſit uera. ita ad hoc quòd co-
pulatiua ſit concedenda requiritur, & ſufficit quam-
libet partem eſſe concedendam. Et ad hoc quòd di-
ſiunctiua ſit concedenda ſufficit unam partem prin-
cipalem eſſe concedendam. uer. gra. pono tibi iſtam:
tu es romæ qua admiſſa, ſi proponitur, eadem conce-
denda eſt, deinde tu es homo, concedenda eſt, quia
uera & impertinens. Vltimo ſi proponitur iſta co-
C pulatiua, tu es romæ, & tu es homo concedenda eſt.
quia partes ſunt conceſſe. & ita de diſiunctiua ſuo mo-
do dicatur.

Capitulum. 2.

VT harum regularum ueritas intenſius innote- Pau. in
ſcat, contra quamlibet iſtarum unam forma- lo. ma. ſ.
bo obligationem. Contra igitur primam 181. col.
regulam arguitur. pono tibi omne poſſibile: ſi non prima.
admittis arguo ſic. Ego pono tibi omne poſſibi-
D le, & non admittis omne poſſibile, bene reſponden-
do. ergo non omne poſſibile eſt a te admittendum:
quod eſt contra regulam. Si autem admittis pro-

Digitized by Google

pono tibi iſta duo, tu es. et tu non es. ſi concedis, tu con
cedis duo contradictoria. ergo male reſpondes. Si ne- A
gas aliquam iſtarum. & qualibet iſtarum eſt tibi po-
ſita & a te admiſſa. quia poſſibilis. ex quo poſui tibi
omne poſſibile ergo tu negas tibi poſitũ & a te admiſ
ſum, & per conſequens male reſpondes. patet conſe-
quentia per ſecundam regulam. Reſpondetur non ad-
mittendo poſitum. & tunc ad argumentum pono tibi
omne poſſibile. & non admittis omne poſſibile. ergo.
non omne poſſibile eſt a te admittendum, nego argu-
mentum. ſicut non ſequitur. pono tibi utrũq; iſtorum
contradictoriorum. tu es, tu non es. & non admittis
utrunq; iſtorum ergo non utrunq; iſtorum contradi- B
ctoriorum eſt a te admittendum. ſed ſolum ſequitur ꝙ
non eſt admittendum utrunq; iſtorum. ita in priori
conſequentia ſequitur. quòd non eſt admittendum om
ne poſſibile, & hoc eſt uerum, cum quo ſtat quòd om-
Vide in ne poſſibile eſt admittendum. Contra ſecundam re
lo. ma. a gulam. arguitur ſic. & pono tibi iſtam. Tu es romę. eſt
fol. 182. tibi poſitum & a te admiſſum, qua admiſſa propono
col. i. tibi. Tu es romæ neganda eſt, quia falſa & imperti-
nens. tunc arguitur ſic. iſta propoſitio eſt a te neganda. C
& eadem eſt tibi poſita & a te bene admiſſa. ergo tibi
poſitum & a te admiſſum eſt negandum tenet conſe-
quentia. quia eſt ſyllogiſmus reſolutorius. & maior
eſt conceſſa. minor uero eſt poſitum. Reſpondetur
admittendo poſitum. & cum proponitur. tu es romæ.
negatur. & tunc ad argumentum. nego maiorem. ex
eo quòd repugnat poſito. nam ſequitur, tu es romę. eſt
tibi poſitum & a te admiſſum, ergo tu es romæ, eſt a
te concedendum: quod repugnat huic, tu es romæ. eſt D
a te negandum. Quotieſcunq; ergo proponitur iſta ne-
gatur. & cum dicitur, iſta eſt a te neganda. iterum ne-

gatur. & conceditur quòd eſt concedenda. & ſi argui-
A tur ſic, iſta eſt a te concedenda, & tu negas eam. ergo
male reſpondes. negatur conſequentia ſicut non ſequi-
tur. tu concedis. a. propoſitionem, & a. propoſitio eſt
falſa. ergo tu male reſpondes. dato quòd. a. ſit unum fal
ſum ſequens: ſed in qualibet illarum conſequentiarum
addendũ eſt in antecedente: tu non es obligatus, quod
negatur tanquam falſum & impertinens. Contra Ibi ut ſu
tertiam regulam arguitur ſic pono tibi iſtam, tu cur pra. fol.
ris. & tu non curris, eſt a te concedendum, caſus eſt poſ 183. &
ſibilis. quia poſſibile eſt quòd tu curras. & quòd iſta, ſic de re
tu non curris ſit tibi poſita & a te admiſſa. & conſe l quis uſ
B quenter concedenda. admiſſo ergo caſu arguo ſic, tu q; a fol.
curris: non eſt a te concedendum, & tu curris. ſequitur 189.
ex poſito et admiſſo tanquam a copulatiua ad alteram
partem. ergo non quodlibet ſequens ex poſito & ad-
miſſo eſt concedendum. conſequentia tenet. & prima
pars antecedentis probatur. nam tu non curris eſt a te
concedendum per poſitum. ſed tu non curris contradi
cit iſti, tu curris ergo tu curris non eſt a te conceden-
dum conſequentia tenet, quia ſi unum contradictorio
C rum eſt concedendum reliquum eſt negandum. Re
ſpondetur admittendo poſitum, et tunc ad argumen-
tum nego iſtam. tu curris. non eſt a te concedendum:
& ad probationem nego minorem, uidelicet tu curris
contradicit iſti, tu non curris. non tanquam falſam, ſed
tanquam repugnantem duobus conceſſis. ſequitur
enim tu curris eſt a te concedendum, & tu non curris
eſt a te concedendum. ergo tu curris, & tu non curris
non ſunt contradictoria. Si tamen fieret caſus iſto mo-
D do, pono tibi iſtam, tu curris, & tu non curris, eius con
tradictorium eſt a te concedendum admitto caſum. &
concedo illam, tu curris quotieſcunq; proponitur. &

Digitized by Google

nego quòd ſit a me concedenda tanquam repugnans
ſecundæ parti copulatiuæ poſitę. nam ſequitur, tu non
curris. contradictorium eius eſt a te concedendum: er-
go tu curris non eſt a te concedendum. & ſi arguitur
ſic, tu curris non eſt a te concedenda & concedis eam.
ergo male reſpondes. nego conſequentiam. ſicut non
ſequitur, tu negas. a. propoſitionem. & ipſa eſt uera. er-
go male reſpondes. ſed oportet addere in antecedente,
& tu non es obligatus. & hoc negatur tanquam fal-
ſum. Contra quartam regulam arguitur probando
ꝙ repugnans. poſito eſt a te concedendum, & pono ti
bi iſtam. nihil eſt tibi poſitum qua admiſſa quia poſ-
ſibilis propono tibi iſtam, aliquid eſt tibi poſitum ſi
concedis, & bene reſpondes. ergo habeo intentū, quia
illa repugnat poſito. Si negas. contra. ego poſui tibi
iſtam, nihil eſt tibi poſitum. & ipſa eſt aliquid. ergo
aliquid eſt tibi poſitum. Reſpondetur negando iſtā,
aliquid eſt tibi poſitum, & tunc ad argumentum. ne-
go maiorem, uidelicet ego poſui tibi iſtam, nihil eſt ti-
bi poſitum tanquam repugnantem, hęc enim repu-
gnant, nihil eſt tibi poſitum. & poſui tibi iſtam. Et ſi
arguitur poſitum repugnat tibi poſito, ergo aliquid
eſt tibi poſitum: negetur antecedens. quia repugnans,
et quęlibet alia propoſitio ad quā ſequitur aliquid eſſe
tibi poſitum. Conſimiliter reſpondetur ſi ponatur te
non eſſe admittendo & concedendo idem. & ſi dici-
tur. tu concedis iſtam. uel reſpondes nego quālibet ta-
lem, quia ad ipſam ſequitur te eſſe quod eſt oppoſitum
poſiti. Contra quintam regulam arguitur. nam da-
ta ueritate iſtius ſequitur quòd admiſſo quocunq; con
tingenti falſo ſit quodlibet aliud contingens falſum cō
cedendum. probatur. & pono tibi iſtam, tu es romæ.
qua poſita et admiſſa. propono tibi iſtam, tu es romę.

& baculus ſtat in angulo. patet ꝙ iſta eſt neganda.
A quia falſa non ſequens. deinde proponitur, nullus bacu
lus ſtat in angulo. ſi negas habeo intentum contra re-
gulam. quia ſequitur ex poſito cum oppoſito bene ne-
gati. ſequitur enim tu non es romæ, uel nullus baculus
ſtat in angulo. ſed tu es romæ per poſitum. ergo nullus
baculus ſtat in angulo. ſi ergo conceditur iſta: nullus
baculus ſtat in angulo: habeo concluſionem principa-
liter probandam. quia ſicut deducitur iſta. ita & quæ-
libet alia, dummodo ſuum oppoſitum coniūgatur co-
pulatiuæ cum poſito. quæ copulatiua immediate poſt
B poſitum proponatur. Reſpondetur concedendo con
cluſionem adductā: immo poteſt idem falſum & q̄d-
cunq; deduci. dummodo ponatur diſiunctiuæ cum op
poſito poſiti. uer. g. pono tibi iſtam: tu curris. qua ad-
miſſa propono tibi. tu nō curris, uel baculus ſtat in an
gulo. aut aliquam talem, tu es papa uel epiſcopus: con-
cedenda eſt. quia uera & impertinens. deinde proponi
tur baculus ſtat in angulo. oportet concedere. quia ſeq
tur ex poſito et uno conceſſo. ſequitur. n. tu non curris,
uel baculus ſtat in angulo. ſed tu curris per poſitum. er
C go baculus ſtat in angulo. Contra ſextam regulam
arguitur ſic. pono tibi iſtam diſiunctiuam, tu curris
uel rex ſedet. qua poſita et admiſſa propono iſtam, nul
lus rex ſedet. et patet ꝙ eſt dubitāda. quia dubia & im
pertinens. deinde propono tu curris: neganda eſt, quia
falſa et impertinens. deinde propono iterum illam, nul
lus rex ſedet. ſi negas uel concedis eam et prius dubita
ſti, ergo male reſpondes. tenet ꝯña per unam regulam
obligationum. quia oēs reſponſiones infra tēpus obli-
D gationis ſunt retorquendæ ad idem inſtans. ſi ergo du
bitas iſtā & bene reſpondes: illa non eſt a te neganda:
& tū repugnat poſito & oppoſito bene negati. Nam

Digitized by Google

bene ſequitur,tu curris uel rex ſedet. ſed tu non curris
ergo rex ſedet. Reſpondetur admittendo poſitum. A
& cum proponitur iſta,nullus rex ſedet. dubitatur &
illa negatur.tu curris,& cum iterum proponitur. nul-
lus rex ſedet,negatur quia repugnat poſito & oppoſi-
to bene negati. Et cum dicitur.prius dubitaſti eam et
modo negas.ergo male reſpondes,non ualet argumen
tum.& ad regulam.dico quòd intelligit de reſponſio-
nibus repugnantibus, ſicut eſt concedere & negare.
Item conceditur in ſimili caſu quòd aliqua propoſitio
in uno loco eſt dubitanda & in alio loco eſt conceden- B
da.ut pono tibi iſtam. tu curris uel rex ſedet qua ad-
miſſa,propono rex ſedet.dubitanda eſt quia dubia &
impertinens. deinde tu curris. neganda eſt, quia falſa
& impertinens.Iterum propono. rex ſedet, & patet ꝙ
eſt concedenda.quia ſequens ex poſito & oppoſito be
ne negati.ut tu curris uel rex ſedet,ſed tu non curris,er-
go rex ſedet. Contra ſeptimam regulam arguitur
probando:quòd non ad omne impertinens eſt reſpon
dendum ſecundum ſui qualitatem.et pono tibi iſtam.
tu es romæ qua admiſſa & conceſſa,propono.tu es ro
mæ in hoc inſtanti demonſtrando inſtans præſens. ſi C
concedis habeo intentum quia iſta eſt falſa & imper-
tinens cum nõ ſequatur nec repugnet. ſi uero negetur.
contra omne quod eſt romæ eſt romæ in hoc inſtanti.
ſed tu es romæ. ergo tu es romæ in hoc inſtanti.maior
probatur. nã omne quod eſt romæ eſt romæ in inſtan
ti præſenti.ſed nullum eſt inſtans præſens niſi hoc. er-
go omne quod eſt romæ eſt romæ in hoc inſtanti.
Reſpondetur admittendo poſitum.& cum propo
nitur.tu es romæ in hoc inſtanti. negetur. & ad eius D
probationem nego maiorem, quia repugnat poſito
& oppoſito bene negati.nam ſequitur,tu es romæ &

tu non

tu non es romæ in hoc inſtanti. ergo non omne quod
A eſt romæ eſt romæ in hoc inſtanti.Et ad probationem
illius maioris,concedo,quòd omne quod eſt romæ,eſt
romæ in inſtanti præſenti, & nego minorem, ſcilicet
quòd nullum ſit inſtans præſens niſi hoc:quoniam ex
uno conceſſo & oppoſito bene negati: ſequitur oppoſi
tum illius exceptiuæ.ſequitur enim,omne quod eſt ro-
mæ eſt romæ in inſtanti præſenti. & non omne quod
eſt romæ:eſt romæ in hoc inſtanti. ergo aliquod eſt in-
ſtans quod non eſt hoc,quod repugnat illi exceptiuæ.
B Et ſi dicitur,quod eſt illud inſtans,dicitur ꝙ ſtat ꝙ ſit
a.uel.b.nec eſt determinãda niſi diſiunctiuæ talis quę-
ſtio. Contra octauam regulam arguitur ſic,et pono
tibi iſtam,homo eſt aſinus:eſt tibi poſitum & a te ad-
miſſum:qua admiſſa & conceſſa, quia poſſibilis: pro-
pono,homo eſt aſinus,uel concedis,uel negas.Si con-
cedis & bene reſpondes.habeo intentum,ſcilicet quòd
propter poſſibile poſitum concedendum eſt impoſſi-
bile per ſe.Si autem negas.Contra omne tibi poſitum
& a te admiſſum eſt a te concedendum : ſed homo eſt
C aſinus eſt tibi poſitum & a te admiſſum. ergo homo
eſt aſinus,eſt a te concedendũ.tenet conſequentia cum
maiori.quia eſt regula.& minor patet, quia eſt poſi-
tum:tunc arguitur ſic,homo eſt aſinus, eſt a te conce-
dendum,& homo eſt aſinus eſt impoſſibile per ſe. er-
go impoſſibile per ſe eſt a te concedendũ,& cõſequen-
ter neceſſarium per ſe eſt a te negãdum:quia ſuum con
tradictorium eſt neceſſarium per ſe, ſcilicet nihil quod
eſt homo eſt aſinus. Reſpondetur admittendo poſi-
tum:& cum proponitur homo eſt aſinus. negatur, &
D tunc ad argumentum:concedo quòd homo eſt aſinus,
eſt a te concedendum. & nego ꝙ homo eſt aſinus : ſit
impoſſibilis per ſe tanquam repugnans uni conceſſo

Digitized by Google

ſequitur enim homo eſt aſinus, eſt a te concedendum. ergo homo eſt aſinus. non eſt impoſſibile per ſe. et ſi arguitur ſic, homo eſt aſinus. eſt a te concedendum. et tu negas ipſam. ergo tu male reſpondes. nego argumentum: ſed oportet addere. et tu non es obligatus. Contra ultimam regulam arguitur, & pono tibi iſtam, tu es romæ qua admiſſa & conceſſa, propono tibi iſtam copulatiuam, tu es romæ. & tu es albus, hæc copulatiua eſt falſa & impertinẽs. ergo neganda & tamen quælibet pars eius eſt concedenda. ergo non qualibet parte copulatiuæ conceſſa, eſt concedenda copulatiua, quod eſt contra regulam. ſed probatur quòd quælibet pars copulatiuæ ſit concedenda, quia prima pars eſt concedenda. quia poſita & admiſſa. & ſecunda ſimiliter, quia uera & impertinens. ergo &c. Reſpondetur admittendo poſitum: & cum proponitur copulatiua. nego eam. & nego ꝙ quælibet eius pars ſit concedenda, eo ꝙ ſecunda eſt neganda, & cum dicitur ꝙ eſt uera et impertinens. ꝯcedo ꝙ eſt uera: ſed non eſt impertinens immo eſt repugnans: quia ſuum cõtradictorium ſequitur ex poſito & oppoſito bene negati. nam ſequitur, tu non es romæ, uel tu non es albus, ſed tu non es romæ per poſitum ergo tu non es albus. Si autem immediate poſt poſitum proponeretur, tu es albus concederem eam quia uera & impertinens, conſequenter concederem iſtam copulatiuam, tu es romæ, & tu es albus, tanquam ſequentem ex ſuis partibus conceſſis.

Item arguo contra eandem regulam, & pono tibi iſtam, omnis homo eſt romæ, qua admiſſa propono tu es homo, & tu es romæ: hæc copulatiua eſt neganda, quia falſa et impertinens, deinde propono, tu es homo. iſta eſt concedenda. quia uera & impertinens. Vlterius propono alteram partem, tu es romæ, et patet ꝙ

hæc ſimiliter eſt concedenda, quia ſequens ex poſito et uno cõceſſo. ỽ. g. Omnis homo eſt romæ. tu es homo. ergo tu es romæ. & ita habeo intentum, ꝙ copulatiua eſt neganda & tamen quælibet eius pars eſt concedenda. Reſpondetur admittendo poſitum & negando copulatiuam. & cum proponitur, tu es homo. nego. quia repugnat. poſito cum oppoſito bene negati. quia ſuum cõtradictorium ſequitur. Nam ſequitur, omnis homo eſt romæ, & tu non es homo, uel tu non es romæ. ergo tu non es homo. patet conſequentia. quia conſequens ſequitur ex poſito & qualibet parte diſiunctiuæ. ergo ſequitur ex poſito & tota diſiunctiua. patet cõſequentia: & antecedens ſimiliter patet intuenti. quare &c.

De conuertibilitate propoſitio. Cap. 3.

IN materia conuertibilitatis propoſitionum proponitur hoc ſophiſma, pono tibi iſtam, deus eſt. & homo eſt aſinus, conuertuntur, quia admiſſa. quia poſſibilis. propono deus eſt, concedatur. quia neceſſarium per ſe. deinde propono, homo eſt aſinus, uel concedis uel negas. ſi concedis. Contra cedat tempus obligationis & oſtendo tibi quòd tu conceſſiſti impoſſibile per ſe in tempore obligationis. ergo male reſpondes, unde extra tempus obligationis ſemper rei ueritas eſt fatenda. quia per hunc modũ apparet ſi reſpondens bene uel male reſpondebat in tempore obligationis. Si autem in tempore obligationis negetur illa, homo eſt aſinus. Contra. deus eſt, & homo eſt aſinus, conuertuntur, & hæc eſt concedenda, deus eſt. ergo hæc eſt concedenda, homo eſt aſinus. & tu negas eam. ergo male rñdes. Item admiſſo iſto caſu propono. hæc eſt uera. deus eſt, debet concedi. quia uerum et impertinens, deinde hæc eſt uera, homo eſt aſinus, hæc eſt concedenda. quia ſequẽs. Nam ſequitur ille conuer-

tuntur,& prima eſt uera.ergo & ſecunda, & tunc ſic.
iſta eſt uera:homo eſt aſinus: quæ adęquatę ſignificat A
hominem eſſe aſinum. ergo hominem eſſe aſinum eſt
uerum,& per conſequens homo eſt aſinus. Ad pri-
mum reſpondetur admittendum caſum, & cum pro-
ponitur deus eſt,concedo.& nego iſtam,homo eſt aſi-
nus:& tunc ad argumentum,concedo quòd homo eſt
aſinus:eſt a me concedendum:& ad argumentum im-
probans nego cōſequentiam,ſed oportet addere quòd
tū non eſt obligatus,quod nego. Et ſi arguitur, homo
eſt aſinus : eſt a te concedendum. & homo eſt aſinus,
eſt per ſe impoſſibile.ergo per ſe impoſſibile eſt a te cō
cedendum.nego minorem tanquam repugnantem ma B
iori conceſſe.Eodem modo reſpondetur ſi primo loco
proponatur iſta,homo eſt aſinus eſt a te cōcedendum.
quòd concederetur & conſequenter diceretur . quòd
iſta,deus eſt,eſt a te neganda,& negaretur quòd eſſet
neceſſaria per ſe,quia repugnat cōceſſo.Sequitur enim
deus eſt,eſt a te neganda.ergo non eſt neceſſaria per ſe.

Ad ſecundum concedo ꝙ illa eſt uera,homo eſt aſi
nus,& nego ꝙ ipſa ſignificet adęquatæ hominem eſſe
aſinum. quia repugnat maiori conceſſe,ſequitur enim: C
illa eſt uera.homo eſt aſinus. ergo non ſignificat adæ-
quatæ hominem eſſe aſinum. Vbi autem primo loco
præponeretur iſta.homo eſt aſinus eſt falſa, concedere
tur. quia uerum & impertinens.deinde deus eſt,eſt fal-
ſa,conceditur.quia ſequens & negatur tanquam repu-
gnās:ꝙ ſignificet adęquatæ deum eſſe. Et ſi diceretur.
Qualiter adęquatæ ſignificat. Non determinatur hic
aliqua talis quæſtio. Notandum ꝙ ſi poneretur con
uerti,deus eſt.& homo eſt aſinus. ſic adęquatæ ſigni- D
ficando ut prius:non debet admitti caſus, quia eo ad-
miſſo ſequitur inconueniens, uel contradictio. proba-

batur.nam admiſſo illo, propono, hæc eſt uera : deus
A eſt,uel concedis, uel negas . Si negas.contra. iſta non
eſt uera, deus eſt, quæ adęquatæ ſignificat deum eſſe.
ergo deum eſſe non eſt uerum,quod eſt impoſſibile.Si
autem conceditur.deinde propono,hęc eſt uera.homo
eſt aſinus , oportet concedere tanquam ſequens , tunc
arguitur ſic.iſta eſt uera,homo eſt aſinus,quæ adęqua-
tę ſignificat hominem eſſe aſinum. ergo uerum eſt ho-
minem eſſe aſinum. conſequens autem eſt impoſſibi-
le. Pro aliquali ergo reſponſione in hac materia po-
no aliquas regulas , quarum prima eſt iſta . Quando-
B cunq; ponitur duas propoſitiones conuerti adęquatæ
ſignificando, quarum una eſt neceſſaria , alia impoſſi-
lis non admittitur caſus iſte,quia tunc ex neceſſario ſe-
queretur impoſſibile, ut deus eſt. ergo homo eſt aſi-
nus:& demonſtrato per ly,ſic adęquatę ſignificando,
ſignificata conſueta. Secunda regula eſt iſta. Quan-
documq; ponitur duas propoſitiones conuerti ſic adæ-
quatæ ſignificando quarum una eſt poſſibilis & alia
impoſſibilis non admittitur caſus iſte. ut ſi ponatur
C iſtas conuerti ſic adęquatæ ſignificando. tu es homo,
& homo eſt aſinus,non admittatur. quia tunc ex poſſi
bili ſequitur impoſſibile. probatur. & pono caſum il-
lum:quo admiſſo,facio iſtam conſequentiam,tu es ho
mo.ergo homo eſt aſinus. conſequentia bona, antece-
dens eſt poſſibile,conſequens impoſſibile. nam poſſi-
bile eſt te eſſe hominem , & hæc propoſitio, tu es ho-
mo,ſic adęquatæ ſignificat.ergo ipſa eſt poſſibilis. &
eſt antecedens.ergo antecedens eſt poſſibile. Similiter
D hominem eſſe aſinum eſt impoſſibile.& iſta propoſi-
tio.homo eſt aſinus.ſic adęquatæ ſignificat. ergo ipſa
eſt impoſſibilis. & eſt conſequens . ergo & cætera.

Tertia regula eſt iſta, Quandocunq; proponitur

Digitized by Google

duas propoſitiones conuerti ſic adęquatæ ſignifican-
do, quarum una eſt neceſſaria, altera contingens: non A
admittitur iſte caſus: ut ſi ponitur iſtas conuerti, deus
eſt. & antichriſtus eſt futurus, ſic adæquatæ ſignifi-
cando. quia tunc ex neceſſario ſequeretur contingens.
probatur. quia ſi non admittatur caſus iſte: facio iſtam
conſequentiam, deus eſt. ergo antichriſtus eſt futurus.
iſta conſequentia eſt bona. quia arguitur ab uno con-
uertibili ad reliquum. & antecedens eſt neceſſarium
& conſequens contingens. ſed probatur quòd antece-
dens ſit neceſſarium. nam deum eſſe eſt neceſſarium et
antecedens ſic adæquatæ ſignificat. ergo antecedens B
eſt neceſſarium. Similiter antichriſtum eſſe futurum
eſt contingens. & conſequens ſic adęquatæ ſignificat.
ergo conſequens eſt contingens. Quarta regula eſt
iſta: Quandocunq; ponitur duas propoſitiones con-
tingentes conuerti ſic adęquatæ ſignificando, quarum
una contradictoriæ alteri repugnat non admittatur ca
ſus iſte, ut ſi ponatur iſtas conuerti ſic adęquatæ ſigni-
ficando, tu es & tu non es quia tunc ex uno oppoſito-
rum ſequitur reliquum, quorum quodlibet foret con-
tingens: immo ſequitur ꝙ duo contradictoria forent
ſimul uera aut ſimul falſa: quod nō eſt poſſibile. Et no-
tanter dico contradictoriæ: quia ſi repugnarent contra
riæ deberet admitti caſus & dici quamlibet iſtarum
eſſe falſam. ut tu curris. & tu non moueris. hæ enim ſic
adęquatæ ſignificando non poſſunt eſſe ſimul uerę,
ſed bene ſimul falſę. Voco enim contradictoriæ illa
repugnare. quæ non poſſunt eſſe ſimul uera nec ſimul
falſa: ſic adęquatæ ſignificando. Et contrarię repugna-
re, uoco illa quæ bene poſſunt eſſe ſimul falſa. ſed non D
ſimul uera. Quinta regula eſt iſta. Quandocun-
que ponitur duas propoſitiones contingentes conuer-

ti ſic adęquato ſignificando quarum nulla alteri repu-
A gnat, admittatur caſus ille, & ad primam propoſi-
tam reſpondeatur ſicut ad impertinens. Ad ſecundam
uero ſicut ad pertinens. ſequens. uerbi gratia. pono tibi
iſtam, tu es homo. & tu curris, conuertuntur ſic adæ-
quatæ ſignificando admittatur, & ſi proponitur, tu es
homo: concedatur tanquam uerum non repugnans.
& conſequenter quòd illa eſt uera: tu curris tanquam
ſequens. Item ſi uariatur ordo, ita quòd primo loco
proponatur: tu curris. negatur. quia falſa & imperti-
nens & conſequenter neganda eſt illa, tu es homo. Et
B ſi dicatur, iſta eſt falſa, tu curris. concedatur, & conſe-
quenter quòd iſta eſt falſa, tu es homo. Sexta re-
gula eſt iſta. Quandocunq; ponitur duas propoſitio-
nes conuerti, ſiue ſint contingentes, ſiue non contin-
gentes, non faciendo mentionem de adęquato ſignifi-
cato: admittatur caſus. & ipſis propoſitis quo ad con-
cedere uel negare reſpondeatur intus ſicut extra. ſed ſi
prima conceditur eſſe uera uel neceſſaria. & ſecunda
ſimiliter. Si autem falſa uel impoſſibilis. & ſecunda
ſimiliter. uerbi gratia. ſi ponitur iſta, deus eſt. & ho-
C mo eſt aſinus. Reſpondeatur ſicut reſponſum eſt in
principio. ſed ſi pono tibi iſtam, tu es homo. & tu cur-
ris conuertuntur admittatur, qua admiſſa, propono:
tu es homo. concedatur: deinde. tu curris. negatur. Sed
ſi dicitur prima eſt uera: concedatur. ergo ſecunda eſt
uera. concedo. ſed tunc nego ꝙ ſecunda ſignificet adę-
quatę te currere tanquam repugnans uni conceſſo &
oppoſito bene negati. ſequitur enim tu non curris. &
iſta tu curris eſt uera. ergo non ſignificat adęquatæ te
D currere. Et ſi arguitur ſic. iſta conſequentia eſt bona,
tu es homo. ergo tu curris. & antecedens eſt conceden-
dum a te. ergo & conſequens concedo. tunc ultra.

Digitized by Google

conſequens eſt concedendum a te. & tu negas ipſum.
ergo male reſpondes. Reſpondeo ꝙ non ualet conſe- A
quentia. ſed oportet addere in antecedente. & tu non
es obligatus. Notandum ꝙ quotienſcunqꝫ propo-
nitur aliqua iſtarum conſequentiarum in caſu conuer-
tibilitatis, deus eſt. ergo homo eſt aſinus. tu es homo.
ergo tu curris. ſemper negetur quælibet iſtarum. quia
in rei ueritate quælibet iſtarum eſt impoſſibilis. ſed ad
impoſſibile reſpondendum eſt intra tempus obligatio
nis ſicut extra. tamen dicatur quamlibet illarum eſſe
bonam. ſicut ſemper negatur iſta, homo eſt aſinus, &
tamen aliquando conceditur iſtam eſſe ueram. unde
iſta, homo eſt aſinus, eſt impoſſibilis: ſed ipſam eſſe ue B
ram non eſt impoſſibile. Similiter quælibet iſtarum
conſequentiarum eſt impoſſibilis. ſed quamlibet illa-
rum eſſe bonam, non eſt impoſſibile. quare &c.

De ſimilibus & diſſimilibus propoſitionibus. Cap. 4.

DE ſimilibus & diſſimilibus propoſitionibus
eſt dicendum. Sit ergo rei ueritas quòd ſis pari
Vide in lo. ma. ſo. 190. colũ. 3. ſiis. & pono tibi iſtam. tu es pariſiis, et tu es ro C
mæ, ſunt ſimilia. Et intelligo per propoſitiones eſſe ſi-
miles, ipſas eſſe ſimiles in ueritate uel falſitate, qua ad-
miſſa propono tibi iſtam, tu es pariſiis, hæc eſt conce-
denda. quia uera & impertinens. ut patet intuenti. De-
inde propono tu es romæ, ſi negas & conceſſiſti alte-
rum ſimilium. ergo male reſpondes. Si concedis propo
no tibi iſtam copulatiuam, tu es pariſiis et tu es romę.
Si negas eam, & conceſſiſti utranqꝫ partem. ergo ma
le reſpondes. tenet conſequentia per regulam primi ca-
pituli. Si concedis eam: cedat tempus obligaionis. & D
arguo quòd conceſſiſti impoſſibile. uidelicet tu es pa-
riſiis. & tu es romæ: facta obligatione poſſibili. ergo

male reſpondiſti. Reſpondetur admittendo poſitũ
A & cum proponitˀ. tu es pariſiis, concedo et nego iſtam.
tu es romæ. Et cum dicitur, tu conceſſiſti unum ſimi-
lium, et alterum negas ergo male reſpondes. nego con
ſequentiam: ſicut non ſequitur. tu conceſſiſti unũ con-
uertibilium, & alterum negas. ergo male reſpondes.
Sed bene ſequitur. tu conceſſiſti unum ſimilium eſſe
uerum, & alterum negas eſſe uerum, ergo male reſpon
des. propterea ſi in principio proponitur hæc eſt uera:
tu es pariſiis, concedatur, et conſequenter quòd hęc eſt
uera. tu es romæ. & quia primitus negaſſem iſtam, tu
B es romæ ideo nego conſequenter ꝙ illa, tu es romæ, ſi-
gnificet adæquatę te eſſe romæ. Nam ſequitur tu non
es romæ. & iſta, tu es romæ, eſt uera. ergo non ſignifi-
cat adęquatę te eſſe romæ. Ideo pro euidencia huius
materiæ, pono aliquas regulas. Prima eſt iſta. Quan-
docunqꝫ ponuntur duæ propoſitiones eſſe ſimiles non
faciendo mentionem de adæquato ſignificato, reſpon
deatur ad eaſdem concedendo negando, uel dubitan-
do infra tempus obligationis ſicut extra. ut ſi ponitur
C iſtas eſſe ſimiles, deus eſt. homo eſt aſinus. tu ſedes. &
tu curris. ſemper concedatur prima & negatur ſecun-
da. Secunda regula eſt iſta. Quandocunqꝫ ponuntur
duæ propoſitiones eſſe ſimiles non faciendo mentio-
nem de adæquato ſignificato, ad primam propoſitio-
nem eſſe ueram uel falſam. Reſpondeatur intra tem-
pus ſicut extra, & ad ſecundam conſequenter. uer. gra.
pono tibi illam, tu es homo, & antichriſtus eſt. ſunt ſi-
miles, ſi proponitur primo hæc eſt uera. tu es homo
concedatur, & conſequenter quòd iſta eſt uera, anti-
D chriſtus eſt. Si autem primo proponitur. hæc eſt falſa.
antichriſtus eſt, concedatur & conſequenter quòd iſta
eſt falſa. tu es homo. Tertia regula eſt iſta. Quan-

Digitized by Google

Cõtradictorię repugnãt quę non pñt eſſe ſimul uera nec ſimul falſa.

docunq; ponuntur duæ propoſitiones eſſe ſimiles ſic adæquatę ſignificando: quarum una alteri contradictoriæ repugnat, non admittendus eſt caſus ille. ut ſi ponantur tales eſſe ſimiles. deus eſt, & homo eſt aſinus, ſic adęquatæ ſignificando. rex ſedet, & nullus rex ſedet. probatur. quia ſi non admittatur. ergo caſus. & quęro, utrum illa ſit uera uel falſa. deus eſt. Et ſi dicatur quòd illa ſit falſa. & ipſa adęquatę ſignificat deum eſſe. ergo deum eſſe eſt falſum. Si dicatur quòd ipſa ſit uera. ergo hæc eſt uera, homo eſt aſinus, & ipſa adęquatę ſignificat hominem eſſe aſinum, ergo hominem eſſe aſinum eſt uerum. ꝯſequens eſt inconueniens. & ita arguitur de contradictorijs probando duo contradictoria eſſe ſimul uera uel falſa. Quarta regula eſt iſta. Quandocunq; ponuntur duæ propoſitiones eſſe ſimiles ſic adęquatæ ſignificando, quarum una uel quælibet ſequitur ad contradictorium alterius, illę ſunt ſimiles in ueritate. & ubicunq; et quandocunq; proponuntur ſunt concedendę. ut poſito ꝙ ponantur tales eſſe, ſi es ſic adęquatę ſignificando tibi concluditur, & tu neſcis tibi concludi, tu non curris. & tu moueris. probatur. Nam admiſſo iſto caſu. quæro utrum iſtę ſint ſimiles uerę, uel ſimiles falſę Si uerę, habeo intentum, ſi falſę. ergo oppoſitum ſecundę eſt uerum, uidelicet tu ſcis tibi concludi. tunc ſic, tu ſcis tibi ꝯcludi. ergo tibi ꝯcluditur. illa conſequentia eſt bona & antecedens eſt uerum. ergo & conſequentia eſt uerum. ergo non eſt falſum. cuius oppoſitum conceſſiſti. Et ita de alijs duabus dicatur. Quinta regula eſt iſta. Quandocunq; ponuntur duę propoſitiones eſſe ſimiles ſic adęquatæ ſignificando: ex quarum una ſequitur oppoſitum alterius: illę ſunt ſimiles in falſitate. & quæcunq; ſit propoſita ſemper eſt neganda, ut poſito ꝙ iſtę eſſent ſimiles, ſic adęquatę ſignificando. tibi non concluditur. & tu ſcis tibi concludi. tu es albus. & tu non es coloratus quo admiſſo, propono, iſtę ſunt falſę ſi concedis habeo intentum. ſi dicitur quòd ſint uerę. arguo ſic. tu es albus. ergo tu es coloratus. iſta conſequentia eſt bona. antecedens eſt uerum per te. ergo & conſequens. & ita duo contradictoria ſunt ſimul uera, quod non admittit imaginatio. Sexta regula eſt iſta. Quandocunq; ponuntur duæ propoſitiones eſſe ſimiles, ſic adęquatę ſignificando. quarum quęlibet eſt alteri impertinens: tunc poſsunt eſse ſimiles in ueritate & falſitate, concedendę & negandę. uer. gra. pono quòd iſtę ſint ſimiles ſic adęquatę ſignificando: tu es albus. & tu curris. Si primo proponitur: tu es albus. concedatur iſta & dicatur quòd eſt uera et conſequenter concedatur iſta, tu curris & dicatur ipſam eſse ueram. Si autem proponitur primo loco: tu curris. negatur illa. & concedatur ipſam eſse falſam. & conſequenter eodem modo reſpondetur ad illam, tu es homo. quare etc. Propoſitiones dicuntur eſse diſsimiles quando una eſt uera reliqua falſa. Pro cuius materiæ declaratione ſit hæc prima regula. Quandocunq; ponitur duas propoſitiones eſse diſsimiles non faciendo mentionem de adęquato ſignificato: ad quamlibet propoſitam concedendo: uel negando, reſpondeatur intra tempus ſicut extra. uerbi gratia. pono quòd iſtę ſint diſsimiles: tu es homo. & tu es albus. iſto poſito concedatur quælibet illarum.

Vide in lo. ma. fo. 191. colũ. 1.

Secunda regula. Quandocunq; ponitur duas propoſitiones eſse diſsimiles, non faciendo mentionem de adæquato ſignificato, ad primo propoſitam eſse uerã uel falſam: reſpondeatur intra tempus ſicut extra. et ad aliam diſsimiliter. uer. gra pono ꝙ iſtę ſint diſsimiles, tu es homo. & tu es animal: quo admiſſo, propono,

Digitized by Google

hæc eſt uera, tu es homo, concedatur, & conſequenter ꝙ iſta eſt falſa, tu es animal. Tertia regula. Quandocunq; ponitur duas propoſitiones eſſe diſsimiles ſic adæquatæ ſignificando, quarum quælibet cum altera conuertitur, non admittendus eſt caſus. ut prima cauſa eſt, & deus eſt, uel homo currit. & riſibile currit. Nā ſi conceditur illam eſſe ueram. prima cauſa eſt, oportet concedere iſtam eſſe falſam, deus eſt, & ſic ab uno con uertibili ad reliquum non ualet argumentum. Quarta regula eſt iſta. Quandocunq; ponuntur duæ propoſitiones eſſe diſsimiles ſic adęquatæ ſignificando, quarum una eſt neceſſaria altera, impoſsibilis, uel contingens: tunc neceſſaria ſemper eſt concedenda, & altera neganda. ut deus eſt, homo eſt aſinus. deus eſt, & tu es.

Quinta regula. Si ponuntur duæ propoſitiones con tingentes eſſe diſsimiles ſic adæquatę ſignificando, quarum una antecedit ad reliquam. et non econtra. an tecedens ubicunq; proponitur ſemper eſt negandum, conſequens concedendum, ut tu curris. & tu moueris. Si enim concederetur antecedens oporteret concedere conſequens & conſequenter dicere quamlibet illarum eſſe ueram. quod eſt contra caſum. Sexta regula, ſi ponuntur duę propoſitiones eſſe diſsimiles ſic adęqua tæ ſignificando, quarum quælibet eſt alteri impertinens ad primo propoſitam reſpondeatur intra ſicut extra, & ad aliam diſsimiliter. ut poſito quòd iſtę ſint diſsimiles ſic adæquatæ ſignificando, tu curris. & tu es pariſiis. quæcunq; illarum præponatur primo debet negari. & alia concedi. & ita dicatur ſi ambe extra tempus eſſent ueræ. ut homo currit, & tu uides.

De depoſitionibus terminorum. Capitulum. 5.

Regulas alias oppoſitæ ſpeciei, quæ depoſitio nuncupatur ſequitur aſsignare. quarum prima eſt iſta. Omne depoſitum & admiſſum intra tempus obligationis propoſitum ſemper eſt negandum, ut ſi deponatur iſta, aliquis homo eſt romæ, qua admiſſa in propoſito ſemper eſt neganda. Ex iſta regula ſequitur: quòd nunquam eſt admittendum neceſſarium per ſe in depoſitiōe. Sed bene quodlibet impoſſibile uel contingens. unde negare impoſsibile uel contingens non eſt inconueniens, ſed inconueniens foret negare neceſſarium per ſe. Secunda regula eſt iſta. Omne per ſe antecedens ad depoſitum, aut cum conceſſo uel cum conceſsis, oppoſito bene negati, uel oppoſitis bene negatorum, ſemper eſt negandum. uer. gr. depoſita & admiſſa iſta, homo currit. ſi proponeretur. ille homo currit neganda foret. quia antecedit ad depoſitum. Nam bene ſequitur, iſte homo currit. Item ſi deponatur et admittatur iſta. aliquis homo non currit & proponitur, tu non curris concedatur, quia uera & impertinens ſed propoſita in ſecundo loco, tu es homo, neganda eſt. quia cum uno conceſſo antecedit ad depoſitum. Nam ſequitur, tu non curris, & tu es aliquis homo. ergo aliquis homo non currit. Tertia regula eſt iſta. Omne repugnans depoſito, & omne ſequens ex illo repugnante per ſe, aut cum conceſſo, uel cum conceſſis oppoſito bene negati uel oppoſitis bene negatorum, eſt concedendum. uer. gra. depono tibi iſtam, aliquod animal non currit, qua depoſita & admiſſa: propono eius cōtradictorium, ſcilicet omne animal currit, hoc eſt concedendum. & hoc ſimiliter omne animal mouetur. quia ſequitur ex contradictorio

Pro hoc uide in lo. ma. a fol. 191. uſq; ad fol. 192.

Digitized by Google

depoſiti. Deinde ſi proponitur: tu es animal. concedatur, quia uerum & impertinens. & ulterius illa. tu curris. quia ſequitur ex contradictorio depoſiti cum concesso. ſequitur enim omne animal currit: tu es animal. ergo tu curris. Quarta regula eſt iſta. Omne repugnans contradictorio depoſiti per ſe: aut cum conceſſo: uel cum conceſsis, cum oppoſito bene negati. uel cum oppoſitis bene negatorum eſt negandum, ut in caſu priori. Si proponeretur iſta, aliquod animal non mouetur. aut iſta, tu non curris. negatur prima quia repugnat contradictorio depoſiti per ſe. ſecunda uero repugnat eidem cum uno conceſſo. Vltima regula eſt iſta. Ad omne ſequens ad depoſitum & ad omne impertinens reſpondendum eſt ſecũdum ſui qualitatem. uer. gr. depono tibi iſtam: tu es a. bus qua admiſſa, propono, tu es coloratus, concedatur. quia uera & ſequẽs ad depoſitum. unde non eſt inconueniens negare antecedens, & concedere conſequens. Item ſi proponatur iſta: tu es calidus: concedenda eſt, quia uera & impertinens, tam depoſito quàm contradictorio depoſiti. unde proprie impertinens in hac ſpecie obligationis dicitur illud quod non ſequitur nec antecedit ad depoſitum. nec eidem repugnat. nec eſt ſequens ad oppoſitum depoſiti. nec eidem repugnat per ſe: uel cum alio: uel cum aliquibus, ut dictum eſt. Ideo ſi deponitur & admittitur iſta: ſor. currit: & proponatur Pla. currit. reſpondeatur intus ſicut extra. quia eſt propoſitio impertinens cum non ſe habeat aliquo dictorum modorum. Sophiſmata aliqua ſunt ponenda: ut depoſitionis regulæ magis pateant. Depono ergo tibi primo iſtã, tu es hõ, uel tu es romæ, qua depoſita & admiſſa propono tu es homo: ſi negas: tu negas uerum & impertinens. ergo male, ſi concedis & illud eſt an-

Primũ ſophiſ.

tecedens ad depoſitum. ergo antecedens ad depoſitum eſt concedendum. Reſpondetur admittendo depoſitum. et cum proponitur, tu es homo. nego, quia antecedit ad depoſitum tanquam a parte diſiunctiuæ ad totam diſiunctiuam. Secundo depono tibi iſtam, aliquæ propoſitiones non ſunt ueræ: qua admiſſa propono. iſtę ſunt propoſitiones, tu curris, tu non curris, concedendum eſt quia uerum & impertinens. Dein de propono duo contradictoria ſunt uera. ſi negatur. contra. omnes propoſitiones ſunt uerę: ſed iſtę ſunt propoſitiones. ergo iſtę ſunt uerę, & iſtę mutuo contradicunt. ergo duo contradictoria ſunt uera. Reſpondetur negando quòd iſta ſint contradictoria. quia antecedit ad depoſitum. Nam ſequitur illa ſunt contradictoria ergo aliquæ propoſitiones non ſunt uerę.

Secũdum ſophiſ.

Tertio depono tibi iſtam. antichriſtus non eſt albus, uel antichriſtus eſt coloratus. Si non admittis contra. illa eſt una diſiunctiua contingens. quia quælibet pars eſt contingens, & nulla alteri repugnat. ergo eſt admittenda. patet conſequentia per primam regulam. qua admiſſa, propono tibi antichriſtus eſt coloratus. ſi concedis, tu concedis antecedens ad depoſitum. ergo male reſpondes. Nam ſequitur, antichriſtus eſt coloratus. ergo antichriſtus non eſt albus, uel antichriſtus eſt coloratus. patet conſequentia a parte diſiunctiuæ ad totam diſiunctiuam. Si uero negas. tu negas ſequens ex contradictorio depoſiti. ergo male reſpondes. antecedens probatur. Nam ſequitur, antichriſtus eſt albus. & antichriſtus non eſt coloratus. ergo antichriſtus eſt albus patet conſequentia a tota copulatiua ad alteram eius partem, et ultra antichriſtus eſt albus. ergo antichriſtus eſt coloratus. patet conſequẽtia ab inferiori ad ſuũ ſuperius ſine impedimẽto.

Tertium ſophiſ.

ergo a primo ad ultimum antichriſtus eſt albus, et an‑
tichriſtus non eſt colorotus. ergo antichriſtus eſt colo A
ratus. Reſpondetur non admittendo poſitum. quia
eſt una diſiunctiua neceſſaria, eo ꝙ ſuum contradicto‑
rium eſt impoſſibile, uidelicet antichriſtus eſt albus, et
antichriſtus non eſt coloratus. Et tunc ad argumen‑
tum. quælibet eius pars eſt contingens, & nulla alteri
repugnat. ergo illa diſiunctiua eſt cõtingens. nego con
ſequentiam, ſed oportet addere in antecedente, ꝙ nec
contradictoria illarum partium inuicem repugnant. et
hoc eſt falſum, quia iſte repugnant inuicem. antichri‑ B
ſtus eſt albus. & antichriſtus nõ eſt coloratus quę ſunt
4. ſo‑ contradictoria partium diſiunctiuæ. Quarto depo‑
phiſ. no tibi iſtam, tu es, & omne tibi depoſitum eſt a te ne
gandum, quo admiſſo & negato, propono omne tibi
depoſitum eſt a te negandum. Si conceditur propono
tibi illam, tu es. & patet quòd eſt neganda, ex quo co‑
pulatiua eſt neganda et altera pars eſt cõcedenda. De‑
inde propono, nullum tibi depoſitum eſt a te negan‑
dum, ſi concedis tu concedis oppoſitum regulæ &
unius conceſſi. ergo male antecedens probatur. nam ſe
quitur. tu non es. ergo nullum tibi depoſitum eſt a te C
negandum. patet conſequentia. quia contradictorium
conſequens repugnat antecedenti, ex quo aſſerit te eſſe.
Reſpondetur negando, quòd omne tibi depoſitum
ſit a te negandum. quia antecedit ad depoſitum. ſequi‑
tur enim omne tibi depoſitum eſt a te negandum. er‑
go tu es, & omne tibi depoſitum eſt a te negandum.
patet conſequentia a parte copulatiue ad totam copu
latiuam, cuius antecedens antecedit ad alteram par‑
tem. & ſi dicitur tu negas regulam. dicatur quòd illa D
non eſt regula. ſed iſta. Omne depoſitum admiſſum
eſt negandum. Vel aliter dicitur. quòd quælibet regu‑

la eſt

la eſt contingens. quia ad placitum factę ſunt illę regu
A læ. ergo quælibet talis eſt deponenda & admittenda
in depoſitione, uel neganda, qua negata. dicitur quòd
illa non eſt regula non tanquam uerum: ſed tanquam
repugnans: ſequitur enim non omne tibi depoſitum
eſt a te negandum. ergo illa non eſt regula. Omne ti‑
bi depoſitum eſt a te negandum. quare &c.

Explicit Tractatus Quintus obligatoriæ artis.
Incipit Sextus qui inſolubilium nuncupatur.

De inſolubilibus. Cap. 1.

B INſolubile eſt propoſitio ſe eſſe falſam aſſertiue
ſignificans. ut hoc eſt falſum ſeipſa demonſtrata. Quid ſit
In inſolubilibus tamen eſt differentia quo ad ſi inſolubi
gnificare ſeipſum eſſe falſum. quoniam aliquod le ꝓ hoc
inſolubile ſignificat immediate ſeipſum eſſe falſum. ut ca. uide
hoc eſt falſum. ſeipſa demonſtrata. Aliquod autem me pau. in
diate. quia exigitur medium ad inferendum ſe eſſe fal‑ lo. ma. ī
ſum. ut omnis propoſitio eſt falſa. quia non ſequitur ca. ulti.
immediate, ergo iſta propoſitio eſt falſa demonſtran‑ ſecundæ
C do illam uniuerſalem. ſed bene ſequitur cũ tali medio. partis.
& illa eſt propoſitio. Similiter dicendo, hoc non eſt ue 15. prin.
rum. iſta non aſſerit immediate ſe eſſe falſam. quia non 1. du. 4.
ſequitur. hoc non eſt uerum. ergo hoc eſt falſum. de‑ princ. 2.
monſtrando antecedens, quia ex negatiua non ſequi‑ du.
tur affirmatiua. tamen bene ſequitur cum tali medio.
& hęc eſt propoſitio. Pro declaratione prædictę dif Diuiſio
finitionis pono duas diuiſiones. quarũ prima eſt iſta. inſolu.
Inſolubilium aliquod oritur ex actu noſtro. Aliquod
D uero ex proprietate uocis. Inſolubilia ortum habentia
ex actu noſtro ſunt iſta, ſor. dicit falſum, ego non dico
uerum. Iſte homo intelligit falſum. Tu non intelligis

uerum. Inſolubilia uero ortum habentia ex proprieta-
te uocis ſunt iſta. Omnis propoſitio eſt falſa. Nulla pro
poſitio eſt uera. hoc eſt falſum. hoc non eſt uerum.

Secunda diuiſio eſt illa. Inſolubilium aliquod eſt in-
ſolubile ſimpliciter. aliquod uero ſecundum quid. Inſo
lubile ſimpliciter eſt illud cui annectitur caſus, quo ad
miſſo ſequitur contradictio. uer. gra. pono quòd iſta
propoſitio. nulla propoſitio eſt uera, quæ ſit. a. ſignifi-
cet præciſę ſicut termini prætendunt, uidelicet ꝙ nulla
propoſitio ſit uera. & ſit omnis propoſitio. Iſto poſito
quæro: utrum a. ſit uerum uel falſum. Si uerum ergo ſi-
gnificat præciſę ſicut eſt. ſed. a. ſignificat pręciſę, quod
nulla propoſitio eſt uera. ergo nulla propoſitio eſt ue-
ra. ergo. a. non eſt uerum, & prius dixiſti ꝙ erat uerum
ergo contradictio. Si dicitur ꝙ. a. eſt falſum. ergo. a. ſi-
gnificat aliter quàm ē. ſed. a. ſignificat præciſę ꝙ nulla
propoſitio eſt uera. ergo non eſt ita, ꝙ nulla propoſi-
tio eſt uera. ergo aliqua propoſitio eſt uera. et. a. eſt om
nis propoſitio. ergo. a. eſt uerū. Et prius dixiſti ꝙ erat
falſum. ergo contradictio. Inſolubile ſm quid eſt illud
cui annectitur caſus, quo admiſſo non ſequitur contra-
dictio, ut ponendo ꝙ iſta propoſitio. nulla propoſitio
eſt uera, ſit. a. & ſit omnis propoſitio. & ſignificet ſi-
cut termini prætendunt, non ponendo ly præciſę, iſto
poſito dicitur ꝙ. a. eſt falſum. quia ſignificat ſe eſſe fal-
ſum. Et ſi arguať ſic. a. eſt falſum. ergo. a. ſignificat ali-
ter q̄̄ eſt. ſed. a. ſignificat ꝙ nulla propoſitio eſt uera. er
go non eſt ita ꝙ nulla propoſitio eſt uera. Nego conſe-
quentiam quia debuit addi in antecedente dictio exclu
ſiua uel exceptiua. vʒ. a. ſignificat præciſę ꝙ nulla pro-
poſitio eſt uera. uel. a. non ſignificat niſi ꝙ nulla propo
ſitio eſt uera. & hoc negatur tanq̄̄ repugnans. quia ſi
poneretur cum caſu non admitterē illum caſum. His

præmiſſis diuiſionibus pono aliquas regulas, quarum
A prima eſt iſta. Omne inſolubile ſingulare ſine prono-
mine demonſtratiuo oriens ex actu noſtro ad hoc ꝙ
ſit inſolubile ſimpliciter, exigit tres conditiones. Pri-
ma ꝙ una talis ſit omnis talis. Secunda quòd dicat uel
intelligat talem propoſitionem, & nullam aliam. Ter-
tia quòd illa ſignificet pręciſę ſicut termini prętendūt.
uer. gra. ſor. dicit falſum, ſit inſolubile ſimpliciter iſto
modo, ponendo quòd unus ſor. ſit omnis ſor. qui dicat
iſtam propoſitionem & nullā aliam. Sor. dicit falſum,
quæ ſignificet ſic præciſę quòd ſor. dicit falſum. proba
tur hoc, nam admiſſo caſu. Sit inſolubile. a. Et quæro
B utrum. a. ſit uerum uel falſum. ſi dicitur quòd uerum.
ergo ſignificat præciſę ſicut eſt, ſed a. ſignificat præci-
ſę quòd ſor. dicit falſum ergo ita eſt quod ſor. dicit fal-
ſum. ſed ſor. non dicit niſi. a. ergo. a. eſt falſum, quod eſt
oppoſitum conceſſi Si dicitur quòd. a. ſit falſum, ergo
ſignificat aliter q̄̄ eſt, ſed a. ſignificat p̄ciſę ꝙ ſor. dicit
falſum. ergo non ita eſt quòd ſor. dicit falſum. et ſor. di-
cit ſolum. a. ergo. a. non eſt falſum. ergo ꝯtradictio. Pri
ma ꝑticula ponit̄, quia ſi nō poneret̄, ſtaret quòd eēnt
C duo ſor. quoꝝ unus diceret̄. a. et alter ꝙ hō eſt aſinus: et
tunc. a. eſſet uerū Secunda ꝑticula ponitur, q̄a aliter ſta
ret ꝙ idem ſor. diceretur. a. & iſtā, hō eſt aſinus. et tunc
a. eſſet uerum. Sed tertia ponitur, q̄a ſi non poneret̄, ſta
ret quòd. a. ſignāret ſolummō quòd hō ē aſinus, et ſic,
a. eēt falſum, aut ꝙ ſignificaret ſolūmodo ꝙ hō eſt ani-
mal, et ſic. a eſſet uerū, et nullo iſtoꝝ modoꝝ eſſet in-
ſolubile. Secunda regula eſt iſta. Oē inſolubile ſingu
lare ſine pronomine demonſtratiuo, oriēs ex actu nr̄o
D ad hoc ꝙ fiat inſolubile ſm quid, exigit eaſdem condi
tiones, præter dictionem excluſiuam. ut poſito ꝙ unus
ſor. ſit omnis ſor. & dicam iſtam propoſitionem. quæ

Digitized by Google

ſit.a.ſor.dicit falſum & nullam aliam. & ſignificet ſicut termini prætendunt non ponendo præciſę, iſto po- A
ſito conceditur.a.et dicitur quòd eſt falſum, quia ſignificat copulatiuę, ſicut & quodlibet inſolubile. uidelicet quòd ſor.dicit falſum, & quòd.a.eſt uerum: non ergo dicitur.a.falſum ratione primi ſignificati, ſed ratione ſecundi. Et ſi arguitur ſic.a.eſt falſum. ergo ſignificat aliter quàm eſt, concedo conſequentiam, & nego iſtã.a.ſignificat aliter quàm eſt, ſed. a. ſignificat quòd ſor.dicit falſum. ergo non eſt ita quòd ſor.dicit falſum: quia debuit addi in antecedente dictio excluſiua uel exceptiua. Tertia regula eſt iſta. Omne inſolubile, non ſingulare ſeu ſingulare cum pronomine demonſtrati- B
uo, oriẽs ex actu noſtro, ad hoc quòd ſit inſolubile ſimpliciter, requiruntur duæ conditiones ſolummodo. ꝟ. gra. ad hoc ꝙ iſta propoſitio, ego dico falſum, fiat inſolubile ſimpliciter, non oportet ponere primam particulam, uidelicet ꝙ unus ego ſit omnis ego. ſed quod ego dicam illam & nullam aliam, ſic ſignificando pręciſę. & ſi debet fieri inſolubile ſecundum quid, requiruntur & ſufficiunt eędem conditiones dempta dictio- C
ne excluſiua. Exemplum de inſolubili non ſingulari ut falſum dicitur. Hic non oportet ponere ſecundam particulam. uidelicet quòd aliquis dicat illam & nullam aliam. ſed ſufficit ponere ꝙ iſta ſit omnis propoſitio, quæ ſignificet præciſę ſicut termini prætendunt. & tunc eſt inſolubile ſimpliciter, fiet autem inſolubile ſecundum quid, remouendo dictionem excluſiuam.

Quarta regula eſt iſta. Omne inſolubile oriens ex proprietate uocis exigit duas conditiones ſolummodo, uel tantum unam, uolo dicere ꝙ inſolubile oriens D
ex proprietate uocis exigit duas conditiones ſolummodo, & aliquod tantum unam. Exemplum primi

aliqua propoſitio eſt falſa. ad hæc ꝙ fiat inſolubile ſim-
A pliciter, oportet ponere ꝙ illa ſit omnis propoſitio, & ꝙ ſic ſignificet præciſę, & remota dictione excluſiua fiet inſolubile ſecũdum quid. Exemplum ſecundi. hoc eſt falſum, ſeipſo demonſtrato. ponendo ſolummodo ꝙ ſic ſignificet præciſę, ſit inſolubile ſimpliciter, & ſecundum quid remouendo dictionem excluſiuam. Eodem modo dicitur de iſta hoc non eſt uerum, ſeipſo demonſtrato. Quinta regula eſt iſta. Omne inſolubile quod non eſt inſolubile ſine caſu, dimiſſa aliqua con-
B ditione requiſita eſt, penitus dubitabile. uer. gra. poſitis omnibus particulis præter primam huic ſor. dicit falſum, quæ ſit. a. dubitatur. a. & etiam an ſit uerum, uel. a. ſit falſum. Nam ſtat cum caſu ꝙ ſit uerum, dato ꝙ unus ſor. diceret illam, ſcilicet. a. & alius ꝙ deus eſt. Stat etiam ꝙ ſit falſum dato quòd unus ſor. dicat, a. & quilibet alius ſor. ꝙ deus eſt. Eodem modo ſi dimitteretur ſecunda uel tertia particula. quia ſtaret. a. eſſe uerum, &. a. eſſe falſum, ut exemplificatum eſt ſupra. Et notanter dixi omne inſolubile quod non eſt inſolubi-
C le ſine caſu. quia aliquod eſt inſolubile cum caſu, & aliquod ſine caſu. Exemplum primi, omnis propoſitio eſt falſa. nulla propoſitio eſt uera, quarum quamlibet dico eſſe falſam, & inſolubile nullo caſu poſito. Exemplum ſecundi ſor. dicit falſum, tu intelligis falſum. nulla iſtarum nuncupanda eſt inſolubilis ſine caſu. Ideo in caſu inſolubilium deficiente aliqua particula neceſſaria, dubitatur utrum ſit uera, uel utrum ſit falſa, quia cum caſu ſtaret ꝙ eſſet uera, & cum eodem caſu ſtaret ꝙ eſſet falſa, ut patet intuenti. Ex prædictis regulis
D ſequuntur duæ concluſiones. quarum prima eſt iſta. Nunquam admittendus eſt caſus a quo trahit originem inſolubile ſimpliciter, ut ſi poneretur ꝙ illa, om-

Digitized by Google

nis propoſitio eſt falſa. eſſet omnis propoſitio ſic pręcı
ſę ſignificans. non eſt admittendus caſus. qa ſequitur
contradictio. probatur. nam ſit inſolubile. a. & quæro
ſi. a ſit uerum. ſi dicitur quòd ſic. ergo ſignat pręciſę ſi-
cut eſt, ſed a. ſignificat præciſę quòd omnis propoſitio
ē falſa. ergo ita eſt quòd ois propō eſt falſa. ſed. a. eſt p-
poſitio. ergo a eſt falſum. Si aūt ↄcedit ꝙ. a. eſt falſū.
ergo. a ſignificat aliter ꝙ̄ eſt. Sed. a. ſignificat præciſę,
ꝙ omnis propoſitio eſt falſa. ergo non eſt ita ꝙ omnia
propoſitio eſt falſa, & aliq̄ propoſitio eſt. ergo aliqua
propoſitio eſt uera, ſed a eſt omnis propoſitio. ergo. a.
eſt uerum, quod eſt contradictio. Secunda concluſio.
B Omnis caſus ex quo originatur inſolubile ſecundū q̄d,
eſt admittendus. et conceditᷓ inſolubile propoſitū, di-
cendo ipſum eſſe falſum, ut ponendo ꝙ illa propoſitio.
hoc eſt falſum, ſeipſo demonſtrato ſignificet ſicut ter-
mini prætendunt. quæ ſit, a. tunc admittatur caſus. &
concedatur. a. & dicitur quòd a. eſt falſum. Et ſi argui-
tur. a. eſt falſum. ergo ſignificat aliter quàm eſt ſed a.
non ſignificat niſi quòd hoc eſt falſum. ergo nō eſt ita
ꝙ hoc eſt falſum, nego minorem. & ſi dr̄ Quid ergo
C aliud ſignificat. Dicitur ꝙ ſignificat. a. eſſe uerum, ra-
tione cuius. a. eſt falſum. unde dictum eſt ꝙ quodlibet
inſolubile ſecundū quid, ſignificat copulatiuę. ſ. ſicut
termini prætendunt, & quòd ipſum eſt uerum.

De obiectionibus contra inſolubilia. Cap. 2.

Contra prædicta obijciam & ſoluam ut inſolu-
bilium difficultates melius menti innoteſcant.
Primū ſophiſ. Pono ergo primo quòd unus ſor. ſit omnis ſor.
& dicat iſtā et nullā aliam q̄ ſit. a. ſor. dicit falſum, q̄ ſi-
gnificat ſicut termini p̄tendunt, non ponendo præciſę D
quia caſus non admitteretur iſto poſito, quæro de. a.
utrum ſit uerum uel falſum. & reſponſum eſt ꝙ eſt fal-

ſum. qa ſignificat ſignificatum falſum v3 quòd ſor. di-
A cit falſum, et ꝙ. a. eſt uerum, cuius ſignationis ſecunda
pars eſt falſa, ſed ꝑbatur ꝙ ipſum. a. ſit uerum. et probo
ſic, oē dicēs. a. dicit falſum, ſor. dicit. a. ergo ſor. dicit fal
ſum, iſta ↄña eſt bona. quia ē ſyllogiſmus in tertio pri-
mę figurę. & āns uerum. ergo et ↄ̄ns eſt uerum ſed con
ſequēs eſt. a. ergo. a. eſt ueꝝ. Scd̄o arguitur ſic. falſum Secūdū
dr̄. a. ſor. ergo ſor. dicit falſum. tenet conſequentia a paſ
ſiua ad ſuam actiuam. et antecedens eſt uerum. ergo et
conſequens eſt uerum ſed conſequens eſt. a. ergo. a. eſt
B uerum. ꝙ āns ſit uerum probatur. nam hoc dr̄. a. ſorte
demonſtrando. a. et hoc eſt falſum. ergo falſum dr̄. a.
ſor. patet conſequentia a reſoluentibus ad reſolutum. Tertiū

Tertio arguitur ſic. contradictorium. a. eſt falſum. er
go. a. eſt uerum. tenet ↄña. antecedens probatur. Nam
hoc eſt falſum ſor. non dicit falſum. & hoc eſt contradi
ctorium. a. ergo contradictorium. a. eſt falſum. tenet
ↄña cum minori, & maiorem probo. nam ſor. dicit fal
ſum. & hæc ſor. non dicit falſum ſignificat præciſę ꝙ
ſor. non dicit falſum. ergo ipſa eſt falſa. patet ↄña a ſi-
C mili. Nam ſequitur. tu curris, & hæc tu non curris, ſi-
gnificat p̄ciſę ꝙ tu non curris. ergo ipſa eſt falſa. Ad Rñſio ad p̄mū
primum reſpondetur cum proponitur. a. concedo, et dr̄
ꝙ eſt falſum. & tunc ad rōnem. concedo conſequentiā
et conſequens et nego ꝙ conſequens ſit. a. ſed eſt unum
ſimile, a. Et ſi ponitur quòd cōſequens ſit. a. uel ↄuerti
bile cum. a. dico tunc, quòd ↄña non ualet, nec eſt ſyllo
giſmus in tertio primæ figuræ. quia ſyllogiſmi in ter-
tio primæ figuræ concluſio debet ſolūmodo categori-
cę ſignificare. ſed iſta concluſio ſignat hypotheticę. qa
D eſt propoſitio inſolubilis. Ad ſm̄ cum dr̄. falſum dr̄ Ad ſecundum
a ſor. ergo ſor. dicit falſum, concedo conſequentiam &
conſequens, dicendo ꝙ eſt uerum, ſed non eſt. a. nec ſe-

Digitized by Google

cum conuertibile,ſi tamen hoc ponatur in caſu, conce do iterum conſequentia,ſed dico ꝙ non ualet. & tunc ad rationem.a paſſiua ad ſuam actiuã ualet argumentum,dicitur quòd uerum eſt.ſed iſta non eſt ſua actiua. quia paſſiua ſignificat ſolummodo categoricæ,& actiua hypotheticæ. Et ſi quæratur. quæ eſt ſua actiua. dico quòd iſta, ſor.dicit falſum prolata a te uel a me,quę non eſt conuertibilis cum a.ſed ſolum ſimilis.a. A

Ad tertium. Ad tertium dicitur ꝙ contradictorium. a. eſt uerum, ſed non eſt iſtud,ſor.non dicit falſum.ſed illud non ſor. dicit falſum,quod eſt uerum.quia ſignificat diſiunctiuę ꝙ ſor.non dicit falſum.uel ꝙ.a.non eſt uerum cuius ſignificati ſecunda pars eſt uera.& conſequenter totum ſignificatum diſiunctum quare et propoſitio dicta eſt uera. cuius illud eſt ſignificatum. Et ſi dicitur, quòd in ſingularibus nõ refert præponere negationem uel poſt ponere. dicitur ꝙ in materia inſolubilium nullum refert.& in materia quarumcunq; hypotheticæ ſignificantium. Eadem eſt retinenda ſententia in inſolubilibus ſingularibus habentibus originem ex proprietate uocis.ut hoc eſt falſum,hoc non eſt uerum, dicendo B primi contradictorium non eſt illud, hoc non eſt falſum.ſed illud non hoc eſt falſum. Nam primum inſolubile ſignificat,quòd hoc eſt falſum, & hoc eſt uerum, demonſtrando idem inſolubile ideo contradictorium ſignificat diſiunctiue quòd hoc non eſt falſum,uel hoc non eſt uerum. Similiter contradictorium ſecundi inſolubilis non eſt illud,hoc eſt uerum,ſed illud non hoc non eſt uerum, ita quòd ſemper præponatur negatio ſicut contradictorium iſtius,tantum tu non es homo, non eſt illud,tantum tu es homo.ſed illud, non tãtum tu non es homo. C D

A De inſolubili particulari uel indefinito. Cap. 3.

DIcto de inſolubili ſingulari, nunc de particulari uel indefinito dicendum reſtat. Pono ergo quòd hæc ſit omnis propoſitio particularis,aliqua propoſitio particularis eſt falſa,quæ ſit. a. quæ ſignificet ſicut termini prætẽdunt, non ponẽdo præciſę, quia non admitteretẽ caſus. iſto poſito, a. eſt falſum ut patet ex dictis. Sed contra hoc arguitur ſic. Omnis propoſitio particularis eſt falſa. ergo aliqua propoſitio particularis eſt falſa.illa conſequentia eſt bona ab uniuerſali ad ſuam ſubalternam.& antecedens eſt uerum.

B ergo & conſequens.ſed conſequens eſt.a.ergo.a.eſt uerum.quòd antecedens ſit uerum.probatur. Nam propoſitio particularis eſt falſa. & nulla eſt propoſitio particularis quin illa ſit falſa. ergo omnis propoſitio particularis eſt falſa.tenet conſequentia ab exponentibus ad expoſitum, & antecedens eſt uerum, ergo & conſequens. Secundo arguitur ſic. Propoſitio particularis eſt falſa.ergo aliqua propoſitio particularis eſt falſa.tenet conſequentia ab indefinita ad ſuam particu

C larem.& antecedens eſt uerum.ergo et conſequens.Et conſequens eſt a.ergo. a. eſt uerum. quòd antecedens ſit uerum patet.quia ſuum cõtradictorium eſt falſum, uidelicet nulla propoſitio pticularis eſt falſa.quia iam conceſſum eſt quòd.a.propoſitio particularis eſt falſa.

Tertio arguitur ſic. Hoc eſt falſum demonſtrando. a.et hoc eſt aliqua propoſitio particularis.ergo aliqua propoſitio particularis eſt falſa, conſequentia tenet a reſoluentibus ad reſolutum. & antecedens eſt uerum:

D ergo & conſequens quod eſt.a. Ad primam reſpondetur concedendo iſtam conſequentiam.omnis propoſitio particularis eſt falſa,ergo aliqua propoſitio parti-

Digitized by Google

cularis eſt falſa. quia ante caſum conceſſiſſem eam. ta‑
men dico quòd nō ualet, nec arguitur ab uniuerſali ad A
ſuam ſubalternam, uel ſuam particularem quia uniuer
ſalis ſolummodo categoricæ ſignificat, & particularis
iſta ſignificat hypotheticæ, uidelicet quòd aliqua pro‑
poſitio particularis eſt falſa, & ꝙ a. eſt uerum. Et ſi di‑
ceretur quæ eſt eius particularis, dicitur ꝙ non habet
aliquam ex quo poſitum eſt ꝙ illa ſit omnis particu‑
laris, uerumtamen iſta eadem foret eius particularis,
dato ꝙ non eſſet inſolubilis. Ad ſecundam rationem
reſpondeo ſimiliter concedendo conſequentiam & ne B
gando ipſam eſſe bonam, & tunc ad argumentum di‑
co quòd iſta non eſt particularis iſtius indefinitæ, quia
particularis eſt inſolubilis hypotheticę ſignificans: in‑
definita uero non eſt huiuſmodi eiuſdem tamen foret
particularis, ſi neutra harum foret inſolubilis. Ad
tertiam rationem conceditur conſequentia & negatur
ipſam ualere, nec arguitur a reſoluentibus ad reſolu‑
tum, quia particularis uel indefinita inſolubilis, nō eſt
reſolubilis, quia ſignificat hypotheticæ. ſed probanda
eſt iſto modo, ſuum principale ſignificatum ē uerum.
ergo ipſa eſt uera. & patet ꝙ antecedens eſt falſum. Et C
ſi arguitur ſic. Iſta propoſitio particularis eſt falſa. er‑
go aliqua propoſitio particularis eſt falſa tenet conſe‑
quentia ab inferiori ad ſuum ſuperius affirmatiue &
ſine aliquo ſigno impediente. Dicitur quòd conſe‑
quentia non ualet ab inferiori ad ſuum ſuperius, niſi
propoſitio inferioris & propoſitio ſuperioris unifor‑
miter ſignificent, uidelicet categoricæ: qualiter non eſt
in propoſito. unde ſi hęc propoſitio, homo eſt animal:
ſignificaret principaliter ꝙ homo eſt animal & quòd D
homo eſt aſinus, tunc non ualeret aliqua iſtarum con‑
ſequentiarum. hoc eſt animal, & hoc eſt homo. ergo

homo eſt animal. Iſte homo eſt animal. ergo homo
A eſt animal. & hoc ideo quia conſequens ſignificaret
copulatiuę & antecedentis nulla pars ſic ſignificaret:
& ſi allegaretur aliqua dictarum regularum, reſponde
tur ut dictum eſt. Et dicitur etiam ut in alio capitulo
ꝙ contradictorium iſtius. aliqua propoſitio particula
ris eſt falſa. non eſt illud, nulla propoſitio particularis
eſt falſa. ſed illud nō aliqua propoſitio particularis eſt
falſa. Et ſi dicitur ꝙ illę ęquiualent propter negationē
propoſitam. Dr̄ ꝙ illa regula habet ueritatem in ſolis
categoricis: categoricæ ſolummodo ſignificantibus,
B qua iter non eſt in propoſito. Idem eſt iudicium de
iſtis aliqua propoſitio particularis nō eſt uera. Aliqua
propoſitio particularis ſignificat aliter quàm eſt ac
etiam ita de infinitis. ut propoſitio indefinita eſt falſa,
propoſitio indefinita eſt non uera.

De inſolubili uniuerſali. Cap. 4.

NVnc de inſolubili uniuerſali eſt dicendum, po
nendo ꝙ hæc omnis propoſitio uniuerſalis eſt
falſa, ſit omnis propoſitio uniuerſalis, q̄ ſignifi
C cet ſicut termini prætendunt, quæ ſit. a. non ponendo
præciſę, quia caſus non admitteretur. iſto poſito dici‑
tur ꝙ. a. eſt falſum quia falſificat ſeipſum. Contra hoc
arguitur. Aliqua propoſitio uniuerſalis eſt falſa. et nul
la eſt propoſitio uniuerſalis quin illa ſit falſa. ergo om‑
nis propoſitio uniuerſalis eſt falſa. tenet conſequētia ab
exponentibus ad expoſitum et antecedens eſt uerum,
ergo & conſequens. Secundo arguitur tm̄ falſum eſt
propoſitio uniuerſalis. ergo omnis propoſitio vl'is eſt
falſa. tenet ꝯña ab excluſiua ad ſuā uniuerſalē de termi
D nis tranſpoſitis, & añs eſt uerum. ergo & conſequens,
quod eſt. a. ꝙ añs ſit uerum. probatur. Nam falſum eſt
ꝓpoſitio uniuerſalis, et nullū non falſum eſt propoſitio

Digitized by Google

uniuerſalis,ergo tantum falſum eſt propoſitio uniuer- ſalis. tenet conſequentia ab exponentibus ad expoſi- A tum. antecedens eſt uerum ergo et conſequens. Tertio arguitur. hoc eſt falſum demonſtrato. a. & hoc eſt omnis propoſitio uniuerſalis. ergo omnis propoſitio uniuerſalis eſt falſa. iſta conſequentia eſt bona. & antecedens eſt uerum. ergo & conſequens, ꝙ conſequentia ſit bona patet a ſimili. hoc currit, & hæc eſt omnis hō. ergo omnis homo currit. Confirmatur deſtruendo primum caſum & ponendo ꝙ illę ſint omnes propoſitiones uniuerſales. Omnis propoſitio uniuerſalis eſt falſa. B & omnis homo eſt aſinus, ſic ſignificando. iſto poſito arguitur ſic. Iſta propoſitio uniuerſalis eſt falſa, demonſtrādo primam, & iſta propoſitio uniuerſalis eſt falſa. demonſtrando ſecundam. & iſtę ſunt oēs propoſitiones uniuerſales. ergo oīs propoſitio uniuerſalis ē falſa. tenet conſequentia a ſingularibus ſufficienter enumeratis ad ſuam uniuerſalem. & antecedens eſt uerum. ergo & conſequēs. Ad hæc reſpondetur. & primo ad primum. concedo inſolubile. & nego ipſum eſſe uerū, & tunc ad rationem, concedo conſequentiam et nego C ipſam eſſe bonam. & tunc ad argumentum. ibi arguitur ab exponentibus ad expoſitum. nego. quia. a. non eſt propoſitio exponibilis, niſi ſignificaret categoricæ ſolum, unde ſi iſta, omnis homo eſt animal ſignificaret principaliter, ꝙ omnis homo eſt animal, et ꝙ tu es aſinus. tunc patet ꝙ iſta conſequentia non ualeret. homo eſt animal. & nihil eſt homo, quin iſtud ſit animal ergo omnis homo eſt animal. quia antecedens eſt uerum. & conſequens falſum. Et tunc ſi allegaretur regula, oportet dicere ꝙ conſequens nō eſt exponibile D propter cauſam dictam. ſed probaretur uel improbaretur per ſuum ſignificatum copulatum ſicut & propoſitio

inſolubilis quęcunqꝫ. Ad 2m concedo conſequentiā: A ſed nego ipſam eſſe bonam nec arguitur ab excluſiua ad ſuam uniuerſalem. ex quo excluſiua categoricę ſignificat & uniuerſalis hypotheticæ Et ſi dicitur quæ eſt excluſiua eius? dicitur ꝙ nullam habet. unde ſi hęc omnis homo eſt animal, ſignificaret hypotheticæ uerum et falſum. & hoc tantum animal eſt homo, modo conſueto, dicerem tunc uniuerſalem illam non eſſe uniuerſalem iſtius excluſiuę nec econuerſo. ita in propoſito eſt dicendum. Ad tertium argumentum, dico ſimiliter ꝙ nō ualet conſequentia, & cum dicitur. ꝙ a ſimi- B li bene ualet dico ꝙ nō eſt ſimilitudo. quia conſequēs unius conſequentiæ ſignificat categoricæ ſolum, & aliud hypotheticæ. unde ſi hæc. omnis homo currit: ſignificaret quòd omnis homo currit, et quòd deus non eſt, iſta conſequentia tunc non ualeret. hoc currit. & hoc eſt omnis homo. ergo omnis homo currit propter cauſam dictam. quia conſequens ſignificaret hypotheticæ. Ad confirmationem admiſſo caſu ut prius, dico ꝙ conſequentia non ualet. & ad regulam a ſingula- C ribus ſufficienter enumeratis ad ſuam uniuerſalem dico ꝙ non arguitur cum debito medio quod deberet eſſe tale. iſtę ſunt omnes propoſitiones uniuerſales. & a. eſt uerum, quod certe negatur. unde nec iſta conſequentia ualeret. iſte homo currit, & ille homo currit. & iſti ſunt omnes homines. ergo omnis homo currit. dato ꝙ conſequens ſignificaret hypotheticæ ut prius, ſed oportet addere alteram partem ſignificati. uidelicet & nullus deus eſt, quo addito conſequentia eſt bona: ſed antecedens eſt falſum, & ſi quæratur de contra- D dictoria dicitur quòd eſt hæc, non omnis propoſitio uniuerſalis eſt falſa ſignificās diſiunctiuę modo oppoſito de, a. Eodem modo eſt dicendum de iſtis uniuerſa-

Digitized by Google

libus. Omnis propoſitio uniuerſalis ſignificat aliter quàm eſt. Nulla propoſitio uniuerſalis eſt uera. & nulla propoſitio uniuerſalis eſt concedenda.

De excluſiuis inſolubilibus. Cap. 5.

Excluſiua inſolubilis conſimiles continet difficultates, ut pono quòd ſor. & tu ſitis omnes loquentes. & dicat ſor. deus eſt & tu dicas, tãtum ſor. dicit uerum. & ſit. a. & nullam aliam, & ſignificet ſicut termini prætendunt præciſe. Iſto poſito quæro. utrum. a. ſit uerum uel falſum ſi uerum. ergo ſignificat præciſe ſicut eſt. ſed. a. ſignificat præciſe quòd tantum ſor. dicit uerum. ergo tu non dicis uerum. & tu dicis. a. ergo. a. non eſt uerum. Si dicitur quòd. a. eſt falſum. ergo ſignificat aliter quàm eſt. ſed. a. ſignificat præciſe quòd tantum ſor. dicit uerum. ergo non ita eſt quòd tantum ſor. dicit uerum. ſed tu & ſor. eſtis omnes loquentes. ergo tu dicis uerum, & non dicis niſi. a. ergo. a. eſt uerum, & ita habetur contradictio. Reſpondetur non admittendo caſum. quia ex eo originatur inſolubile ſimpliciter. ſi tamen non ponitur præciſe, admitto caſum & dico. a. eſſe falſum. & tunc ad argumentum. a. ſignificat aliter quàm eſt, concedo. ſed. a. ſignificat præciſe quòd tantum ſor. dicit uerum ergo &c. nego minorem. quia repugnat caſui. Et ſi dicitur quid ergo quòd aliud ſignificat. Dico quòd. a. ſignificat quòd tantum ſor dicit uerum. et quòd. a. eſt uerum, nec ratione primi ſignificati eſt. a. falſum. quia uerum eſt tantum ſor. dicere falſum. ſed ratione ſecundi ſignificati, quia conceditur a. eſſe falſum.

Contra reſponſionem arguitur. Omne dicens uerũ eſt ſortes. ergo tm̃ ſor. dicit uerum: iſta conſequẽtia eſt bona, ab uniuerſali ad ſuã excluſiuam de terminis tranſpoſitis. & añs eſt uerum. ergo & conſequens, ſed ñs eſt. a. ergo. a. eſt uerum, quòd añs ſit uerum. pbatur. nam

dicens uerum eſt ſor. & nihil eſt dicens uerum, quin illud ſit ſor. ergo oẽ dicens uerũ eſt ſor. patet conſequentia ab exponentibus ad expoſitum. Secundo arguitur. nihil præter ſor. dicit uerum. ergo tm̃ ſor. dicit uerũ. iſta conſequentia eſt bona, & antecedens eſt uerum et conſequens. quòd antecedens ſit uerum patet per exponentes.

A

Tertio arguitur. ſor. dicit uerum & nihil non ſor. dicit uerum, ergo tm̃ ſor. dicit uerum. iſta conſequẽtia eſt bona, ab exponentibus ad expoſitum. & antecedens eſt uerum. ergo & conſequens. ſed conſequens eſt. a. ergo. a. eſt uerum. Ad hæc omnia poteſt ſimul reſpon-

B

deri quòd nunquã conſequens illatum eſt. a. nec conuertibile cum. a. ſed ſolum ſimile. a. ſed ſi ponatur cum toto caſu quòd ſit. a. uel conuertibile cum. a. tunc reſpondetur concedendo omnes conſequentias factas negando tamen illas eſſe bonas. Ad primam ergo cum dicitur quòd ibi arguitur ab uniuerſali ad ſuam excluſiuam. nego. quia uniuerſalis ſignificat categoricæ, & excluſiua hypotheticæ, quia eſt inſolubilis. Et ſi quæritur de ſua excluſiua dicatur quòd eſt una ſimilis illi prolata a ſor.

C

quæ non eſt inſolubilis, uidelicet tantum ſor. dicit uerum. Et ad aliam dicitur quòd etiam non ualet, nec illa eſt excluſiua dictę exceptiuæ. ſed illa quàm nominaui modo. Et ad tertiam dicitur, quòd non arguitur ab exponentibus ad expoſitum. quia iſta excluſiua non eſt exponibilis ex quo hypotheticæ ſignificat. unde ſi iſta. tantum homo eſt riſibilis ſignificaret principaliter quòd tantum homo eſt riſibilis. & quòd nullus deus eſt. tunc non ualeret aliqua iſtarum conſequentiarum. Omne riſibile eſt homo. ergo tantum homo eſt riſibi-

D

lis. Nihil præter hominem eſt riſibile. ergo tantum homo eſt riſibilis. Item homo eſt riſibilis, & nihil non homo eſt riſibile. ergo tantum homo eſt riſibi-

Digitized by Google

lis. Eodem modo eſt dicendum ad iſtas excluſiuas, tantum excluſiua eſt falſa. tantum excluſiua non eſt A
uera. dato quòd una iſtarum ſit omnis excluſiua. quod bene admittitur. quia non ponitur præciſę. & ita reſpondetur ut prius ad argumenta probantia aliquam iſtarum eſſe ueram. De exceptiuis uero idem eſt iudicium ut in caſu priori, Nihil pręter ſor. dicit uerum. Nulla propoſitio præter exceptiuam eſt falſa. Omnis exceptiua præter iſtam eſt uera, demonſtrata ſeipſa. quare &c.

De inſolubili copulatiuo. Cap. 6.

SEquitur dicere de inſolubili hypothetico. Et primo de copulatiua pro cuius declaratione pono ali B
quas regulas. Prima eſt iſta. Inſolubile copulatiuum cuius una pars eſt neceſſaria per ſe ſi eidem in caſu adduntur omnes conditiones cum nota excluſionis: ſit inſolubile ſimpliciter, & non admittēdus eſt caſus. uer. gra. pono ꝙ illa copulatiua deus eſt. & nulla copulatiua eſt uera, quæ ſit a, ſit omnis copulatiua ſignificans præciſę ſicut termini prætendunt: iſto poſito & admiſſo, quæro utrum, a, ſit uerum, ſi dicitur quòd ſic. ergo ſecunda pars eſt uera. ſed ſecūda pars ſi- C
gnificat præciſę quòd nulla copulatiua eſt uera. ergo nulla copulatiua eſt uera. ergo. a. non eſt uerum. Si dicitur quòd. a. eſt falſum. ergo altera pars eſt falſa. ſed non prima. ergo ſecunda. tunc ſic. ſecunda pars eſt falſa. ergo ſignificat aliter quàm eſt. ſed ipſa ſignificat pręciſę. quòd nulla copulatiua eſt uera. ergo non eſt ita ꝙ nulla copulatiua eſt uera, &. a. eſt omnis copulatiua. ergo. a. eſt uerum. Secunda regula eſt iſta. Inſolubile copulatiuum, cuius una pars eſt impoſſibilis uel con D
tingens addendo eidem omnes conditiones cum nota excluſionis ſit inſolubile ſecundum quid, et admittendus

dus eſt caſus. uer. gra. pono quòd iſta copulatiua tu es
A homo, & nulla copulatiua eſt uera, quæ ſit. a. ſit omnis propoſitio copulatiua ſignificans præciſę ſicut termini prætendunt, iſto poſito & admiſſo, quæro utrum. a. ſit uerum. ſi dicitur quòd ſic. ergo ſecunda pars eſt uera, & ipſa ſignificat præciſę quòd nulla copulatiua eſt uera. ergo ita eſt quòd nulla copulatiua eſt uera ergo. a. non eſt uerum. Si dicitur quòd. a. eſt falſum. ergo altera pars eſt falſa, & non prima. ergo ſecunda. tunc arguitur ſic, ſecūda pars eſt falſa. ergo ſignificat aliter quàm eſt. ſed ipſa ſignificat præciſæ, quòd nulla copulatiua eſt uera. ergo non ita eſt quòd nulla copulatiua eſt uera.
B &. a. eſt omnis copulatiua. ergo. a. eſt uerum. Et ita uidetur ſequi contradictio in iſto caſu ſicut in priori, et per conſequens quòd ſecunda regula non eſt uera. Reſpondetur admittendo poſitum. & dicitur quòd. a. eſt falſum, & tunc conſequenter oportet dicere quòd prima pars eſt falſa & ſecunda uera. & ſi arguitur ſic, tu es homo, & prima pars ſic pręciſę ſignificat. ergo ipſa eſt uera. negatur prima pars antecedentis. quia repugnat caſui & uni caſui conceſſo. Sequitur enim, prima
C pars eſt falſa. & ipſa ſignificat præciſę te eſſe hominē. ergo tu non es homo. Eodem modo reſpōdetur ſi una pars eſſet impoſſibilis. ut homo eſt aſinus, & iſta copulatiua eſt falſa. Tertia regula eſt iſta. Omne inſolubile copulatiuum ſit inſolubile ſecundum quid addendo eidem omnes conditiones præter notam excluſionis, & admittendus eſt caſus, ut pono quòd iſta ſit omnis copulatiua. deus eſt, & nulla copulatiua eſt uera, ſignificans ſicut termini prætendunt quæ ſit. a. iſto
D poſito, dicitur quòd. a. eſt falſum, nō quidē pro prima parte, ſed pro ſecunda. & ſi arguitur ſic. ſecunda pars eſt falſa. ergo ſignificat aliter quàm eſt. concedo, ſed

Digitized by Google

ipſa ſignificat præciſę ꝙ nulla copulatiua eſt uera. ergo non eſt ita quòd nulla copulatiua eſt uera, nego minorem. ex eo ꝙ illa ſecunda pars ſignificat copulatiuæ, ꝙ nulla copulatiua eſt uera, & ꝙ. a. eſt uerum, & propterea. a. ſignificat tria ſignificata copulatiuę, uidelicet ꝙ deus eſt, & quòd nulla copulatiua eſt uera, & quòd. a. eſt uerum. Et non dicitur. a. falſum propter primum ſignificatum, aut ſecũdum, ſed propter tertium. Eodem modo dicitur ad illud inſolubile, tu es & iſta copulatiua non eſt uera, ponendo caſum priorem. Ex prima regula ſequitur. ꝙ ſi ponitur hanc, deus eſt. uel quamcunq; aliam eſſe omnẽ propoſitionem, & ſignificare præciſę deum eſſe, uel quodcunq; p ſe neceſſarium. & ꝙ hoc eſt falſum: demonſtrando illam propoſitionem non admittendus eſt caſus, quia ſequitur contradictio.

Ex ſecunda regula ſequitur, ꝙ ſi ponitur iſtam, deus eſt. uel quãcunq; aliam eſſe omnem propoſitionem: et ſignificare præciſę hominem eſſe aſinum, uel te eſſe. & ꝙ hoc eſt falſum demonſtrando eandem propoſitionem admittendus eſt caſus. & dicitur illam eſſe falſam, deus eſt. Ex tertia regula ſequitur quòd ſi ponitur iſtam, deus eſt. uel quamcunq; aliam eſſe omnem propoſitionem. & ſignificare ſicut placet. & ꝙ hoc eſt falſum, non ponendo præciſæ, admittendus eſt caſus. & dicitur iſtam eſſe falſam. quare &c.

De inſolubili diſiunctiuo. Cap. 7.

REſtat dicere conſequenter de Inſolubili diſiunctiuo. pro cuius inſolubilis declaratione. ſit hęc prima regula. Inſolubile diſiunctiuũ. cuius una pars eſt impoſſibilis per ſe ſit inſolubile ſimpliciter. ſi eidem in caſu adduntur omnes conditiones cum nota excluſionis. uer. gr. pono ꝙ illa diſiunctiua, quæ ſit. a. nullus deus eſt, uel nulla diſiunctiua eſt uera: ſit omnis

diſiunctiua ſignificans præciſę ſicut termini prætendunt.
A iſto poſito et admiſſo. quęro utrum. a. ſit uerum, ſi dicitur ꝙ ſic. ergo altera pars eſt uera, & non prima. ergo ſecunda. tunc arguitur ſic, ſecunda pars eſt uera. ergo ſignificat pręciſę & principaliter ſicut eſt. ſed ſecunda pars ſignificat præciſę ꝙ nulla diſiunctiua eſt uera. ergo ita eſt quòd nulla diſiunctiua eſt uera. & per conſequens. a. nõ eſt uerum. Si dicitur ꝙ. a. eſt falſum. ergo ſecunda pars eſt falſa. ſed ipſa ſignificat præciſę ꝙ nulla diſiunctiua eſt uera. ergo non eſt ita, ꝙ nulla diſiunctiua eſt uera, et. a. eſt omnis diſiunctiua. ergo. a. eſt uerum.
B Præterea dicitur ꝙ. a. in caſu iſto eſt inſolubile ſimpliciter, ideo non admittendus eſt caſus, quia implicat contradictionem. Secunda regula eſt iſta. Inſolubile diſiunctiuum apparens, cuius una pars eſt contingens falſa, ſit inſolubile ſecundum quid eidem addendo in caſu omnes conditiones cum nota excluſionis, uer. gra. pono tibi iſtam, tu non es homo. uel nulla diſiunctiua eſt uera, quæ ſit. a. et ſic omnis diſiũctiua, ſignificans pręciſę ſicut termini prætendunt. iſto poſito & admiſſo quæro utrum. a. ſit uerum. ſi dicitur ꝙ
C ſic. ergo una pars eſt uera, non prima. ergo ſecunda. tũc arguitur ſic. ſecunda pars eſt uera. ergo ſignificat præciſę ſicut eſt. ſed ipſa ſignificat præciſę ꝙ nulla diſiunctiua eſt uera. ergo ita eſt ꝙ nulla diſiunctiua eſt uera. ergo. a. nõ eſt uerum. Si dicitur ꝙ. a. eſt falſum. ergo ſcđa pars eſt falſa. ſed ipſa ſignificat præciſę ꝙ nulla diſiũctiua eſt uera, ergo non eſt ita ꝙ nulla diſiunctiua eſt uera. ergo aliqua diſiũctiua eſt uera, et. a. eſt omnis diſiunctiua. ergo. a. eſt uerum, et ita ut appet ſequitur cõtradi
D ctio in iſto caſu, ſicut in primo. & p ɔñs regula nõ eſt uera. Reſpondetur concedendo regulã: et admittẽdo caſum. et dř ꝙ. a. eſt uerum, et tunc qñ dicif non prima

pars eſt uera. ergo ſecunda. dico quòd prima pars eſt
uera, quia ipſam eſſe ueram ſequitur ex caſu, et ſecunda A
eſt fa'ſa, & ex hoc non concluditur inconueniens. Ve-
rumtamen huiuſmodi diſiunctiua non eſt inſolubilis
niſi apparenter, ut dicebatur in regula. quia omne inſo
lubile eſt falſum, &. a. eſt uerum. ergo. a. non eſt inſolu-
bile. Tertia regula. Omne inſolubile diſiunctiuum
fit inſolubile ſecundum quid, eidem addendo in caſu
omnes conditiones præter notam excluſionis. uer. gr.
poſito quòd iſta diſiunctiua, homo eſt aſinus, uel iſta
diſiunctiua eſt falſa quæ ſit. a. ſit omnis diſiunctiua ſi-
gnificans ſicut termini prætendunt: admittitur caſus, B
quo admiſſo, dico ꝙ. a. eſt falſum. & ſecunda pars ſi-
gnificat aliter quàm eſt. ſed nego ꝙ ipſa ſignificet præ-
ciſe ꝙ iſta diſiunctiua eſt falſa. immo etiam ſign ificat
aliter, ſcilicet ꝙ. a. eſt uerum. Eodem modo diceretur ſi
poneretur quòd iſta, tu non es homo, uel iſta diſiuncti
ua non eſt uera. eſſet omnis diſiunctiua & ſignificaret
ſicut termini prætendunt. Notandum quòd nulla di-
ſiunctiua eſt inſolubilis, cuius altera pars eſt uera, nec
fieret inſolubilis poſitis illis conditionibus ſæpius no- C
minatis, ut deus eſt. uel omnis diſiunctiua eſt falſa, tu
es homo. uel iſta diſiunctiua eſt falſa, unde ponendo
caſum quemcunq; nominatum, admitteretur ille. &
concederetur quælibet illarum diſiunctiuarum pro-
pter ueritatem primæ partis. Contra iſtam reſponſio-
nem arguitur ſic. Omne. a. eſt falſum: ſed omne. a. eſt
iſta diſiunctiua ergo illa diſiunctiua eſt falſa, tenet con
ſequentia quia ſyllogiſmus in primo tertiæ figuræ. &
antecedens eſt uerum. ergo & conſequens. ſed conſe-
quens eſt ſecunda pars diſiunctiuæ. ergo ipſa eſt uera, D
& per conſequens. a. eſt uerum. Secundo arguitur
ſic. oppoſitum. a. eſt falſum. ergo. a. eſt uerum. antece-

dens probatur. Nam hoc eſt fa'ſum, nullus homo eſt
A aſinus. & iſta diſiunctiua non eſt falſa. & hoc eſt op-
poſitum. a. ergo oppoſitum. a. eſt falſum. conſequentia
tenet cum minori. maiorem probo. Nam ipſa eſt una
copulatiua cuius ſecunda pars eſt falſa. quia iam con-
ceſſum eſt ꝙ. a. eſt falſum. Ad primum dicitur con
cedendo conſequentiam. & negando ipſam eſſe bonã.
& cum dicitur ꝙ eſt ſyllogiſmus in primo tertiæ figu-
ræ. nego quia concluſio, hypotheticæ ſignificat, quali-
ter non contingit cõcluſioni alicuius boni ſyllogiſmi.
B Ad ſecundum dicitur ꝙ oppoſitum. a. non eſt illud.
ſed hoc nihil quod eſt homo eſt aſinus, & non iſta di-
ſiunctiua eſt falſa, cuius ſecunda pars ſignificat duo-
bus modis ſicut ſuum contradictorium. Hæc argu-
menta poterant applicari capitulo inſolubilium co-
pulatiuarum, ſed totiens eſt inutile replicare. Ex pri
ma regula ſequitur, ꝙ ſi poneretur hanc, homo eſt aſi-
nus: uel quamcunq; aliam propoſitionem ſignificare
præciſe, ꝙ homo eſt aſinus. uel ꝙ nulla propoſitio eſt
C uera. non eſſet admittendus caſus. quia ſequeretur con
tradictio. Ex ſecunda regula ſequitur ꝙ ſi poneretur
hanc, homo eſt aſinus: eſſe omnem propoſitionem &
ſignificare præciſe te non eſſe, uel ꝙ nulla propoſitio
eſt uera. admitteretur caſus, & diceretur iſtam eſſe ue-
ram, homo eſt aſinus. Ex tertia regula ſequitur. ꝙ
ſi poneretur iſtam, homo eſt homo. eſſe omnem pro-
poſitionem, & ſignificare hominem eſſe aſinum,
uel quòd nulla propoſitio eſt uerà non ponendo præci
D ſe, deberet admitti caſus, & conſequenter dici quod
iſta eſt falſa, homo eſt aſinus. quare &c.

Digitized by Google

De inſolubilibus non apparentibus. Cap. 8.

VLtimo quædam declaro inſolubilia: quæ inſo- A
lubilia non apparent. ut ſor. non habebit dena-
rium. Pla. non pertrāſibit pontem. Et pono ꝙ
omne dicens uerum habebit denarium. et ſolum tale.
& ꝙ tu dicas iſtam propoſitionem: et nullam aliam;
q̄ ſit. a. ego non habeo denarium, ſignificantem præci-
ſe ſicut termini prætendunt. iſto poſito, quæro utrum
habebis denarium uel non. Si dicitur ꝙ tu habebis de-
narium. & omnis qui habebit denarium dicit uerum.
ergo tu dicis uerum, & non dicis niſi. a. ergo. a. eſt ue- B
rū, et tunc ſic. a. eſt uerum, et ſignificat præciſe ꝙ tu nō
habebis denarium. ergo tu non habebis denarium: ꝙ
eſt contradictorium prius conceſſi. Si aūt dicitur, ꝙ tu
non habebis denarium. ergo tu non dicis uerum, et nō
dicis niſi. a. ergo. a. non eſt uerum, tunc ſic. a. non eſt ue
rum, & . a. ſignificat preciſe ꝙ tu non habebis denariū:
ergo non erit ita, ꝙ non habebis denarium. ergo tu ha-
bebis denarium. et ita ſequitur contradictio. Simili-
ter poteſt argui in principio querendo. utruꝫ. a. ſit ueꝝ
uel falſum, quemadmodum in aliis inſolubilibus quæ- C
rebatur. Propterea non admittitur caſus, quia ex eo ori
ginē trahit inſolubile ſimpliciter. Si tamen in caſu non
ponitur dictio excluſiua, admitto caſum & dico ꝙ tu
non habebis denarium. et ꝙ. a. non eſt uerum, ſed tunc
ad argumentum. a. non eſt uerum, ſed. a. ſignificat pre-
ciſe ꝙ tu non habebis denarium. ergo non eſt ita ꝙ tu
non habebis denarium nego minorem: quoniam. a. ſi-
gnificat ꝙ tu non habebis denarium, & ꝙ. a. eſt uerū,
& non ratione primi ſignificati. a. eſt falſum, ſed ratio-
ne ſecundi. Verumtamen ſi fieret conſequentia non po D
nendo præciſe in minori, negarē conſequentiam. Eo
dem modo reſpondetur ad caſum de ponte quòd q̄n

ponitur quòd oē dicens uerum pertranſibit pontem; et
A ſolum tale, & ſor. qui ſit omnis ſor. dicat illam propoſi
tionem. & nullam aliam, ſor. non ꝑtranſibit pontem
ſignificantem præciſe ſicut termini prætendunt. non
admittitur caſus. Si tamen remoueretur dictio excluſi-
ua, admittatur. & dicatur conſequenter quòd ſor. non
ꝑtranſibit pontem. & quòd. a. eſt falſum. Cōtra iſtā
reſpōſionem arguitur ſic. nullum dicens falſum ꝑtran-
ſibit pontē. ſed ſor. dicit falſum. ergo ſor. nō ꝑtranſibit
pontem. conſequentia eſt bona. quia eſt ſyllogiſmus in
B quarto primæ figuræ. & aῆs uerum. ergo conſequens:
ſed conſequens eſt a. ergo. a. eſt uerum. Secūdo argui
tur ſic. Cōtradictorium. a. eſt falſum. ergo. a. eſt uerum
aῆs. probatur qm̄ hoc eſt falſum: ſor. ꝑtranſibit pōtem.
& hoc eſt contradictorium eius. ergo &c. prima pars
antecedentis probatur. nam ſor. dicit falſum. ergo non
ꝑtranſibit pontem. & iſta propoſitio. ſor. pertranſibit
pōtem ſignat præciſe quod ſor. ꝑtranſibit pontē. ergo
eſt falſa. Ad primū r̄ndetur. concedendo conſequen
tiam, & negando ipſam eſſe bonā. nec eſt ſyllogiſmus
C in quarto primæ figure. quia ꝯῆs ſignificat hypothetī
cæ copulatiue. et hoc ſuppoſito quòd concluſio ſit. a.
uel conuertibilis cum. a. Ad ſm̄ dicit̄, quòd aſſigna-
tum non eſt contradictorium. a. ſed iſtud non ſor. non
ꝑtranſibit pontem, ſignificans diſiunctiue mō oppoſi
to ad. a ſicut ſepiſſime eſt recitatum. Iam arguo con
tra totum fundamentum inſolubiliū probando quòd
non qūlibet inſolubile ſm̄ quid ſignificat copulatiuū
D modo dicto. quia tunc qūlibet inſolubile foret impoſ-
ſibile ſimpliciter. ꝯῆs eſt falſum. quia inſolubile eſt cō-
cedendū in caſu. ut patuit. et nullū impoſſibile ſimplr̄
eſt concedendū infra tēpus obligationis. ergo &c. Et
quòd illud ſequatur probat̄. Nam quodlibet tale inſo-

Digitized by Google

lubile ſignificat copulatiuę impoſſibile ſimpliciter. &
hoc p ræciſę & principaliter. ergo quodlibet inſolubi- A
le ſecundum quid, eſt impoſſibile ſimpliciter. conſe-
quentia tenet & antecedens probo ſumendo hoc inſo-
lubile. hoc eſt falſum. ſignificat. n. quòd hoc eſt falſum
& ꝙ hoc eſt uerum. ſed ꝙ hoc ſit falſum & hoc ſit ue-
rum, eſt impoſſibile ſimpliciter. ergo &c. Hoc argu-
mentū eſt difficile ualde. ſed tamen breuiter ſolueretur
nunquam concedendo inſolubile, ſicut alias non con-
cedebam ipſum & tunc dicebam. quòd quodlibet in-
ſolubile eſt propoſitio impoſſibilis ſimpliciter. & ita B
non procederet argumentum. Verumtamē quia con
ceſſi inſolubile propoſitum, & negaui ipſum eſſe ue-
rum, non poſſem dicere bene, reſpōdendo ipſum eſſe
impoſſibile ſimpliciter ſed ſolum poſſibile. Et tunc
ad argumentum, ſuum ſignificatum principale eſt im
poſſibile. ergo inſolubile eſt impoſſibile. non ualet ar-
Notā. gumentum. Pro quo eſt notandum ꝙ. inſolubile ha
bet duo ſignificata. unum adæquatum, & aliud prin-
cipale. Adæquatum ſignificatum eſt ſignificatum ca-
tegoricum ſimile dicto inſolubilis. Vnde ſignifica- C
tum adæquatum illius, ſor. dicit falſum, eſt iſtud. Sor.
dicere falſum uel quòd ſor. dicit falſum. Principale au-
tem ſignificatum eſt ſignificatum hypotheticum. ut
ſortem dicere falſum. & iſtam propoſitionem eſſe ue-
ram. Dico ergo quòd pœnes aliud attenditur poſſibi-
litas inſolubilis. & pœnes aliud ſua falſitas. Poſſibili-
tas namq; attenditur pœnes poſſibilitatem ſignificati
adæquati ipſius falſitas pœnes falſitatem ſignificati
principalis. hæc ergo eſt poſſibilis. Omnis propoſitio
eſt falſa. quia poſſibile eſt omnem propoſitionem eſſe
falſam, ſed ipſa eſt falſa. quia ſuum ſignificatum princi D
pale eſt falſum, ſcilicet omnem propoſitionem eſſe fal-

ſam. et illam eſſe ueram. Tamen extra materiam inſo-
A lubilium, pœnes idem attenditur poſſibilitas, ueritas,
uel falſitas propoſitionis. quia pœnes ſignificatum
adæquatum. Notandum, ꝙ non quæcunq; hic locu
tus ſum, ſeu in cæteris tractatibus, ea dixi ſecundum
intētionem propriam, ſed partim etiam ſecundum in-
tentionem aliorum doctorum ut iuuenes incipientes
facilius introducantur.

Explicit Sextus Tractatus qui inſolubilium mate-
riam continet.

B Incipit Septimus qui eſt de obiectionibus con-
tra primum.

Cap. 1. Continens obiectiones contra dicta in cap. 3.

VT ſummularum notitia ad memoriam re-
ducatur ponendæ ſunt quædam obiectio-
nes contra quaſdam regulas uel diffinitio-
nes, quibus ſolutis relucentia habeatur.
C Primo namq; arguitur contra diffinitionem propoſi- Contra diffō. pōnis.
tionis in qua dicebatur. Propoſitio eſt oratio indicati-
ua uerum uel falſum ſignificans. contra quam diffini-
tionē ſic arguitur hæc oratio, antichriſtus eſſet albus,
eſt propoſitio: et tamen non eſt oratio indicatiua. ergo
diffinitio propoſitionis non eſt ſufficiens. conſequētia
tenet cum minori. maiorem probo. Nam quodlibet
antecedens alicuius conditionalis eſt propoſitio. ſed an
tichriſtus eſſet albus. eſt antecedens alicuius conditio-
nalis. ergo eſt propoſitio. patet conſequentia, quia eſt
D ſyllogiſmus in tertio primæ figuræ. maior etiam pa-
tet. quia conditionalis eſt illa in qua coniunguntur plu
res propoſitiones categoricæ mediante nota conditio-

Digitized by Google

nis, minorem probo. qm̃ antecedens huius conditionalis. ſi antichriſtus eſſet albus, antichriſtus eſſet coloratus. eſt illa oratio antichr̃s eſſet albus. Reſpondetur cõcedendo diffinitionem propoſitionis. et nego ꝙ iſta oratio antichr̃s eſſet albus, ſit propoſitio, et tunc ad argumentũ. nego iſtam maiorem omne añs alicuius conditionalis eſt propoſitio. et qñ hoc probatur ꝑ diffinitionem conditionalis dicendo, ꝙ conditionalis eſt illa in qua coniunguntur plures categoricæ &c. Dicitur ꝙ iſta diffinitio eſt falſa de uirtute ſermonis. ſed intelligitur ſic. conditionalis eſt illa in qua coniunguntur plures categoricæ, aut plures orationes ſe habentes per modum categoricæ: ſed iam in propoſito non coniunguntur plures categoricę in illa conditionali. ſed plures orationes ſe habentes per modum categoricę. unde iſta oratio, antichriſtus eſſet albus, non eſt categorica. ſed ſe habens per modum categor. cæ quia habet ſuas partes principales per modum ſubiecti prædicati, & copulę. Secundo arguitur contra regulam propoſitionis uniuerſalis in qua dicitur, ꝙ propoſitio uniuerſalis eſt illa in qua ſubijcitur terminus cõis ſigno uniuerſali determinatus Nam iſta propoſitio, nõ quilibet homo currit, non eſt propoſitio uniuerſalis. et tñ in ea ſubijcitur terminus cõis ſigno uniuerſali determinatus. ergo regula falſa. conſequentia tenet. & prima pars antecedentis probatur. quoniam iſta, non quilibet homo currit, ęquiualet iſti in figura, aliqs hõ non currit. quia negatio præpoſita facit æquipollere ſuo contradictorio, ſed illa, aliquis homo non currit, nõ eſt propoſitio uniuerſalis. ergo nec illa, non quilibet homo currit. ſecũda pars antecedentis probatur. Nam oẽ adiectiuum alicuius ſubſtãtiui eſt determinatio eius, ſed ly quilibet, eſt adiectiuum iſtius termini homo, ergo ẽ determinatio

Contra diffõnẽ ꝓpõnis vl'is.

A B C D

eius. & ꝑ conſequẽs ly homo, determinatur ſigno uniuerſali quod erat probandum. Reſpondetur ꝙ argumentum ỽbaliter concludit. ſed non contra intellectũ regulę qui eſt iſte. Propoſitio uniuerſalis eſt illa: in qua ſubijcitur terminus cõis ſigno uniuerſali diſtributiuæ mobiliter determinatus. Sed iam in propoſito ſubiectum propoſitionis aſſignatę determinatur ſigno uniuerſali non diſtributiuę: ſed ſolum adiectiuę, et ita argumentum non procedit. Tertio arguitur contra regulam propoſitionis ꝑticularis, in qua dicit̃. Propoſitio ꝑticularis eſt illa in qua ſubijcitur terminus cõis ſigno ꝑticulari determinatus. nam iſta. non aliquis homo non currit. non eſt propoſitio ꝑticularis. & tamen in ea ſubijcitur terminus cõis ſigno particulari determinatus ergo regula falſa, conſequentia tenet cum maiori quia ęquiualet iſti in figura, quilibet homo currit. quæ nõ eſt ꝑticularis. minor probatur. nam oẽ adiectiuum alicuius ſubſtantiui eſt determinatio eiuſdem. ſed ly aliquis, eſt adiectiuum illius termini homo, ergo eſt determinatio ipſius. ergo ly homo, determinatur ſigno ꝑticulari. qđ erat probandum. Dr̃ ꝙ non arguitur contra intellectum regulæ quia regula ſic intelligitur. Propoſitio ꝑticularis eſt illa in qua ſubijcit̃ terminus cõis ſolo ſigno ꝑticulari determinatus ſed iam in propoſito ſubijcitur terminus cõis determinatus ſigno ꝑticulari adiectiuę et etiam diſtributiuę, et per conſequens nõ determinatur ſolo ſigno particulari. Quarto arguitur contra regulam propoſitionis indefinitę q̄ erat talis propoſitio indefinita eſt illa in qua ſubijcitur terminus cõis ſine ſigno. Pono enim ꝙ. a. ſit præiacens illius uniuerſalis, omnis homo currit. vt. homo currit. & arguo ſic. a. eſt propoſitio indefinita. & tñ in ea ſubijcit̃ terminus cõis mediante ſigno. ergo regula falſa. ꝯña

Contra diffinitionem. propoſi. tionis ꝑticularis

Contra diffinitionem propoſitionis indefinitæ.

A B C D

Digitized by Google

tenet cum maiori,minorem probo. Nam idem eſt ſu-
biectum.a. & ſuæ uniuerſalis. ſed ſubiectum a.ſubijci- A
tur mediante ſigno. ergo ſubiectum uniuerſalis. a.ſubij
citur mediante ſigno quod erat probandum. Dici-
tur ꝙ non arguitur contra intellectum regulæ quæ ſic
intelligitur propoſitio indefinita eſt illa in qua ſubijci-
tur terminus communis ſine ſigno,quod ſit aliquid il
lius.modo ad propoſitum,licet ſubiectum.a. ſubijcia-
tur mediãte ſigno,non tamen mediante ſigno exiſten
te aliquid illius.a.quoniam ſignum uniuerſale non eſt
pars ſuæ præiacentis.ſed propoſitionis uniuerſalis cu- B
ius præiacens eſt pars. Quinto arguitur contra regu
lam propoſitionis ſingularis quæ erat iſta. propoſitio
ſingularis eſt illa in qua ſubijcitur terminus diſcretus,
uel terminus communis cum pronomine demonſtrati
uo.Contra arguitur ſic,iſta propoſitio,omnes iſti cur
runt:non eſt propoſitio ſingularis.& tamen in ea ſubij
citur terminus diſcretus.ergo,conſequentia tenet cum
maiori. quia fruſtra adderetur ſignum uniuerſale.et mi
nor patet. Nam omne pronomen demonſtratiuum eſt C
terminus diſcretus,ſed ſubiectum tertiæ propoſitionis
aſſignatæ eſt pronomen demonſtratiuum. ergo eſt ter-
minus diſcretus. Reſpondetur,ꝙ quęlibet iſtarum.
Omnes iſti currunt, Vterq; iſtorum mouetur eſt pro-
poſitio uniuerſalis,& nego ꝙ ibi ſubijciatur terminus
diſcretus. Et tunc ad argumentum. omne pronomẽ de-
mõſtratiuum eſt terminus diſcretus,uerum eſt ſingula
ris numeri.ſed non pluralis. unde terminum diſcretum
uoco illum qui non poteſt ſimul competere niſi uni.ut D
iſte,iſta,iſtud.hic,hæc,hoc. Et terminum communem
uoco illum,qui ſimul poteſt competere pluribus. ut ly
homo,ly animal,& pronomina demonſtratiua plura
lis numeri,uidelicet iſti,iſtorum,et huius. Sexto ar-

Contra diſſõ.ꝓpoſi. ſin gu.

guitur contra regulas affirmatiuę & negatiuę propoſi
A tionum,quę fuerunt iſtę. propoſitio affirmatiua eſt il-
la in qua uerbum principale affirmatur. Et propoſitio
negatiua eſt illa in qua uerbum principale negatur. Nã
præiacens illius uniuerſalis negatiuę,nullus homo cur
rit eſt affirmatiua , & tamen in ea uerbum principale
negatur.ergo regulę falſę.conſequentia tenet cum ma-
iori,quoniam hæc,homo currit. & quælibet ſibi con-
ſimilis eſt affirmatiua. minorem probo. Nam idem eſt
uerbum utriuſq;.ſ.uniuerſalis negatiuę et ſuę pręiacen-
tis,ſed uerbum principale uniuerſalis negatiuę negat.
B ergo uerbum principalis p̄iacẽtis.negatur. Dr̄ ꝙ argu
mentũ procedit uerbaliter ꝯtra regulam,ſed non cõtra
intellectum eius. Intelligitur namq; ſic regula propoſi
tionis negatiuę Propoſitio negatiua eſt illa in qua uer
bum principale negatur per negationem exiſtentem
aliquid illius. modo licet illius præiacentis. uerbum
principale negetur,non tñ ꝑ negationem exiſtentẽ ali-
qd iſtius,hõ currit ſed illius. nullus hõ currit. quare etc.

Contra regulas affirmatiuę & negatiuę ꝓpoſitionis.

Obiecta contra regulas ca.4. Cap. 2.

C IN materia oppoſitarum ſeu propoſitionum exi-
ſtentium in figura ponebantur aliquę regulæ. qua-
rum prima erat iſta. Duo contraria non poſſunt ſi-
mul eſſe uera. Contra quam regulam arguitur ſic.
Iſta ſunt ſimul uera. quilibet homo animal eſt. et quili-
bet homo animal non eſt. & hæc ſunt contraria. ergo
duo contraria ſunt ſimul uera . tenet conſequentia , &
probatur prima pars antecedentis. Nam iſta eſt uera.
quilibet homo animal eſt. ut patet per ſuas exponẽtes.
D Et ꝙ altera ſit uera probatur. Iſte homo animal nõ eſt.
& iſte homo animal non eſt & ſic de ſingulis . & iſti
ſunt omnes homines maſculi ergo quælibet homo ani
mal non eſt. tenet conſequentia a ſingularibus ſufficien.

Contra primã regulam.

Digitized by Google

tet enumeratis ad ſuam uniuerſalem. & quęlibet ſingu
laris antecedentis probatur iſto modo, iſte homo aſi- A
nus nõ eſt, & omnis aſinus eſt animal. ergo iſte homo
animal non eſt. tenet conſequētia ab inferiori ad ſuum
ſuperius negatione poſtpoſita & cum debito medio.
Sed ſecunda pars antecedentis probatur. Nam uniuer-
ſalis affirmatiua & uniuerſalis negatiua de conſimili-
bus ſubiectis prædicatis et copulis ſupponentibus prę
ciſę pro eodem uel pro eiſdem, ſunt contrarię in figura.
ſed iſtę duæ uniuerſales aſſignatæ ſunt huiuſmodi. ergo
ſunt contrarię. tenet conſequentia cum minori. & ma-
ior eſt regula poſita ibidem. Reſpondetur breuiter
ꝙ quælibet illarum eſt uera. ſed non ſunt contrarię. et B
tūc ad regulam dico ꝙ oportet ạddere in regula. ꝙ ter-
minus cõis non diſtributus in una diſtribuatur in reli-
qua. ſed iam in propoſito in utraq; iſtarum ly animal:
ſtat confuſę tm̄. ideo iſta ſunt cõtraria, quilibet homo
animal eſt & quilibet homo nullum animal eſt. quaꝝ
ſecunda eſt falſa. Similiter iſta ſunt contraria quilibet
homo animal non eſt, & quilibet homo oē animal eſt.
quarum ſecūda eſt falſa. Simili modo eſt dicendum in
obliquis caſibus ꝙ illa non ſunt contraria. Cuiuslibet C
hominis aſinus currit. et cuiuslibet hominis aſinus nõ
currit ponendo regulam cõem, ꝙ quando obliquus
præcedit rectum obliquus eſt ſubiectum. & rectus ſe
tenet a parte prædicati. ut in propoſito. ſed quando re-
ctus præcedit obliquum, qui eſt determinatio recti,
uterq; illorum ponitur in ſubiecto. ut omnis aſinus ho
minis currit. primę ergo uniuerſalis. eſt hæc contraria.
cuiuslibet hominis nullus aſinus currit. & ſecundæ eſt
iſta, cuiuslibet hominis omnis aſinus currit. Secūda D
regula erat iſta. Duo cõtradictoria non poſſunt ſimul
eſſe uera neq; ſimul falſa. Contra quam regulam ar-

guitur ſic. iſta ſunt ſimul uera. quilibet homo animal — *Contra ſecūdas regulas.*
A eſt. & aliquis hõ animal non eſt. & hęc ſunt duo con-
tradictoria ergo duo contradictoria ſunt ſimul uera. te
net conſequentia cum minori. quia uniuerſalis affirma
tiua & particularis negatiua de conſimilibus ſubiectis
prędicatis. & copulis ſupponentibus præciſę pro eo-
dem uel pro eiſdem ſunt contradictoria in figura. ſed
iſta ſunt huiuſmodi. ergo &c. Maior probatur. Nam
quòd illa ſit uera. quilibet homo animal eſt. patet per
ſuas exponentes. ſecunda probatur tu animal non es.
& tu es aliquis homo. ergo aliquis homo animal non
B eſt. tenet conſequentia ab inferiori ad ſuum ſuperius ne
gatione poſtpoſita cum debito medio. prima pars an-
tecedētis probatur. tu capra non es. & omnis capra eſt
animal. ergo tu aīal non es. patet conſequentia ꝑ ean-
dem regulam. Dicitur quòd quælibet illarum eſt uera.
ſed non ſunt contradictoriæ & tunc ad argumentum
dico quòd ultra prædicta intelligitur, quòd terminus
non diſtributus in una diſtribuatur in alia qualiter
non eſt in propoſito. quia ly animal, in uniuerſali ſtat
C confuſę tantum. in particulari determinate. ideo con-
tradictorium iſtius quilibet homo animal eſt, dici-
tur eſſe tale. aliquis homo nullum animal eſt, et iſtius,
aliquis homo animal non eſt contradictorium eſt,
quilibet homo omne animal eſt. Eodem modo di-
citur quòd illa non ſunt contradictoria, Cuiusli-
bet hominis aſinus currit. & alicuius hominis aſi-
nus non currit. ſed prima contradicit iſti. alicuius
hominis nullus aſinus currit. ſecunda iſti cuiusli-
bet hominis omnis aſinus currit. Tertia regu-
D la erat illa. Duo ſubcontraria non poſſunt eſſe — *Contra tertiam regulas.*
ſimul falſa, ſed bene ſimul uera.
Contra quam regulam arguitur ſic. iſta ſunt

Digitized by Google

ſimul falſa, aliquis homo oẽ animal eſt, & aliquis hõ
nullum animal eſt. & hęc ſunt ſubcontraria. ergo duo A
ſubcontraria ſunt ſimul falſa. ꝙ aũt illa ſint ſimul falſa
patet. quia quocunq; homine demonſtrato falſum eſt
dicere. ꝙ ipſe oẽ animal eſt, aut ipſe nullum animal eſt,
ſed ꝙ iſtę ſint ſubcõtrarię notum eſt quia particularis
affirmatiua & particularis negatiua de cõſimilibus ſu
biectis prædicatis & copulis ſupponentibus præciſæ
pro, eodem uel pro eiſdem ſunt ſubcontrarię in figura.
ſed iſtę ſunt hmõi. ergo &c. Rñdetur ꝙ iſtę ſunt ſi-
mul falſę. ſed non ſunt inuicem ſubcõtrarię. & tunc ad
argumentum regulę dr̃ ꝙ ultra illud quod aſſerit intel
ligit ꝙ terminus cõis diſtributus in una non diſtribua B
tur in alia qualiter nõ eſt in propoſito. quia ly animal,
utrobiq; ſtat diſtributiuę ideo iſtę ſunt ſubcontrariæ.
aliquis homo oẽ animal eſt. et aliquis hõ animal non
eſt. Et iſtę ſimiliter, aliquis homo nullum animal eſt,
& aliquis hõ animal eſt. ita ꝙ ſemper prędicatum diſ-
formiter ſupponat. ſ. ſi in una diſtributiuę, in alia deter
minate. & econuerſo. de ſubiecto autem non dicitur,
quia ſemꝑ debet ſtare determinate. Idem eſt iudicium
de iſtis, alicuius hominis omnis aſinus currit, & alicu- C
ius hominis nullus aſinus currit. aut de iſtis, alicuius
hominis aſinus currit, & alicuius hominis aſinus non
currit. Nã in primis ly aſinus, ɔtinue diſtribuit, in aliis
nunq̃. Ideo ſicut primę non ſunt ſubcõtrarię nec ſcđę,
ſed iſtę ſunt ſubcõtrarię, alicuius hoīs oīs aſinus currit
et alicuiꝰ hoīs aſinꝰ nõ currit. Itẽ alicuiꝰ hoīs aſinus cur
rit. et alicuius hoīs nullus aſinꝰ currit, ſunt ſubcõtrarię.

Obiectiones contra regulas. ſ. ca. Cap. 3.

Contra primas regulas.

EQuipollẽtiarum prima regula erat iſta. Negatio D
prępoſita facit ęquipollere ſuo ɔtradictorio. Cõ
tra q̃ regulam arguitur ſic. Iſta propoſitio, non
aliquo

aliquo homine currẽte, tu es aſinus, non æquiualet iſti.
A nullo homine currente tu es aſinus. ergo regula falſa.
conſequentia tenet & antecedens probatur. Nam pri-
ma eſt uera, & ſecunda eſt falſa. ergo nulla illarum alte
ri æquipollet. conſequentia tenet & antecedens proba
tur. Primo ꝙ iſta ſit uera, non aliquo homine currẽte,
tu es aſinus, patet quia ſuum contradictorium eſt fal-
ſum. ſ. aliquo homine currente, tu es aſinus. probatur
hoc, nam iſta propoſitio habet tres cauſas ueritatis. ſ.
quia aliquis homo currit, tu es aſinus, dum homo cur-
rit tu es aſinus. & ſi aliqs homo currit tu es aſinus. ſed
quælibet iſtarum eſt falſa ut bene patet. ergo & iſta. ſ.
B aliquo homine currente tu es aſinus. Secundo proba
tur ꝙ illa ſit falſa. ſ. nullo homine currente, tu es aſinus.
quia quælibet ſuarum cauſarum eſt falſa. ſ. quia nullus
homo currit, tu es aſinus, dum nullus homo currit tu
es aſinus. ſi nullus homo currit tu es aſinus. Ideo re-
ſpondetur negando primam conſequentiam, qua infer
tur ꝙ illa regula eſt falſa. ſed deberet ſic argui. non ali-
quo homine currẽte tu es aſinus, non ęquiualet iſti, nul
lo homine currente tu es aſinus, & iſta contradicunt. ſ.
C aliquo homine currente tu es aſinus, & nullo homine
currente tu es aſinus. ergo regula falſa, & tunc nego mi
norem. quia ſunt duæ propoſitiones affirmatiuę pro-
bandę per ſuas cauſas ueritatis. quarum nulla eſt alicu-
ius quantitatis. Conſimiliter non ſequitur iſtę non ęq-
ualent, non quilibet homo animal eſt, et aliquis homo
animal non eſt. ergo regula falſa. quia prima eſt falſa, ſe
cunda eſt uera, ſed oportet addere in antecedẽte, ꝙ iſta
contradicunt: quilibet homo animal eſt, et aliqs hõ ani
D mal non eſt, qđ negatur ut in altero cap̃. patuit. Se-
cũda regula fuit iſta. Negatio poſtpoſita facit ęquipol
lere ſuo contrario. Contra arguitur ſic, iſta ɔña non

Contra ſecũdas regulas.

Digitized by Google

ualet. quilibet homo oē animal non eſt. ergo nullus hō
animal eſt. tñ arguitur p regulaȝ. ergo regula falſa. ꝯña
tenet cum minori. quia arguitur negatione poſtpoſita.
et maiorem probo. añs eſt uerꝫ, & conſequens falſum.
ergo conſequentia non ualet ꝙ añs ſit uerum probatū
eſt ſupra. ſed ꝙ ꝯñs ſit falſum. probatur, quia ſuum con
tradictorium eſt uerum ſ. aliquis hō animal eſt. Rñ
detur negando ꝙ arguatur p regulam. Et tunc ad pro
bationem, ibi arguit negatione poſtpoſita. ergo argui
tur p regulam. argumentum non ualet. ſed oportet ad
dere in añte, ꝙ illa ſint contraria, qlibet hō omne aīal
eſt. et nullus hō aīal eſt, qđ eſt falſum, quia p̄tum utro
biqꝫ diſtribuitur. Dr̄ ergo ꝙ iſta ſunt contraria, qlibet
hō animal eſt, et nullus hō animal eſt, non tñ negatio
poſtpoſita pꝛ̨dicato facit primam cum illa negatione
ꝛ̨quipollere ſcđæ. ſed oportet negationem poſtponi ſu
biecto & pꝛ̨poni pꝛ̨dicato dicendo, qlibet homo nul
lum animal eſt. ergo nullus homo animal eſt. Item ſi
negatio poſtponeretur ſigno & non ſubiecto, non ar
guitur p regulam dicendo. nullus non homo eſt gram
maticus. ergo quilibet homo eſt grāmaticus. quia con
ſequens eſt falſum. ut patet. et añs eſt uerꝫ. quia ſuū con
tradictorium eſt falſum. ſ. aliquis non hō eſt grāmati
cus, oportet ergo negationem negatiuꝛ̨ teneri & poſt
poni ſubiecto dicendo nullus hō non eſt grāmaticus.
ergo qlibet hō eſt grammaticus, tunc conſequentia eſt
bona. ſed añs eſt falſum ſicut et conſequēs. Tertia re
gula erat iſta. Negatio pꝛ̨poſita & poſtpoſita facit ꝛ̨q
pollere ſuo ſubalterno. Contra arguitur ſic, illa con
ſequentia non ualet, non quælibet chimera eſt non ho
mo ergo aliqua chimera eſt homo. & tamen arguitur
p regulam, ergo regula falſa. conſequētia tenet cum mi
nori. quia arguitur negatione præpoſita & poſtpoſita

Contra tertiam regulaȝ.

& maior probatur. Nam añs eſt uerum, & conſequēs
A falſum. ergo conſequentia non ualet, ꝙ conſequens ſit
falſum, manifeſtum eſt ſed ꝙ antecedēs ſit uerum. pro
batur. quia ſuum contradictorium eſt falſum. ſ. q̄libet
chimera eſt non homo quia ex iſto ſequitur ꝙ quæli
bet chimera eſt, a tertio adiacente ad ſecundum adia
cens. conſequens eſt falſum ergo & antecedens. Di
citur ꝙ iſta conſequentia nō ualet. non quꝛ̨libet chime
ra eſt non homo. ergo aliqua chimera eſt homo, ſm ꝙ
probatur argumētum, nec arguitur p regulam. et cum
dicitur. ꝙ arguitur negatione præpoſita et poſtpoſita.
B ergo arguitur p regulam. nego cōſequentiam, quia nō
aſſerit regula ꝙ qualitercunqꝫ pꝛ̨ponatur & poſtpo
naſ negatio faciat ꝛ̨quipollere ſuo ſubalterno, ſed opor
tet ꝙ pꝛ̨ponatur toti pꝛ̨poſitioni. & poſtponatur im
mediate ſubiecto. ita ꝙ pꝛ̨cedat uerbum principale
qualiter non ſit in propoſito. quia negatio ſecūda poſt
ponitur copulꝛ̨. propterea bene ſequitur, non quælibet
chimera non eſt homo. ergo aliqua chimera eſt homo.
conſequētia iā bona eſt. ſed antecedens eſt falſum. quia
ſuum contradictorium eſt uerum. ſ. quꝛ̨libet chimera
C non eſt homo. quia nulla chimera eſt homo. quare etc.

Obiecta contra diffinitiones. 6. capituli. Cap. 3.

CApitulum conuerſionum tres cōtinet diffinitio
nes. Quarꝫ prima eſt iſta. Cōuerſio ſimplex eſt
tranſpoſitio ſubiecti in p̄tum. et econuerſo. ma
nente eadem qualitate et q̄titate. Contra arguiſ ſic.
aliqua propoſitio conuertiſ ſimpliciter, et tñ mutatur
q̄titas. ergo diffinitio falſa conſequentia tenet & añs
probatur, Nam hꝛ̨c propō. ſor. eſt aīal, conuertitur ſim
D pliciter in iſtam aliqđ aīal eſt ſor. quia hꝛ̨c cōuerſio nō
eſt p accñs. cum nulla ſit vl'is, nec p cōtrapōnem. pp
carentiā termini infiniti. ergo eſt conuerſio ſimplex. et

Contra diffinitionem conuerſiōis ſimplicis.

Digitized by Google

tamen mutatur quantitas.qm̄ conuerſa eſt ſingularis, et conuertēs eſt particularis. Eadem difficultas poteſt fieri conuertendo iſtam homo eſt animal in iſtam. aliquod animal eſt homo, quarum prima eſt indefinita, et altera eſt particularis. ergo mutatur q̄titas et tamen eſt conuerſio ſimplex, quia nō uidetur ꝑ accidens. nec per cōtrapoſitionem. Ideo reſpondetur ꝙ argumentū procedit uerbaliter contra diffinitionem & non cōtra ſanum intellectum regulæ, dicatur ergo ꝙ quælibet illarum conuerſionum eſt ſimplex. et cum dicitur, ꝙ ibi mutatur q̄titas. dicitur ꝙ uerum eſt ſm cōem modū ſumendi q̄titatem. ſed non ſm modum ſumendi regulę. eo ꝙ capit ibi quantitatem pro ſuppoſitione, ut ita gloſetur diffinitio. conuerſio ſimplex eſt tranſpoſitio ſubiecti in prædicatum. & econuerſo, manente eadem quantitate in ſuppoſitione ita ꝙ ſi in conuerſa aliquis terminus ſupponeret diſtributiuę, determinate, uel diſcrete eodem modo in conuertente ſupponit. Et ſi dicitur, ꝙ exempla quę ibi aſſignantur ſonant quòd

Ca. 40.

quantitas ſumatur pro uniuerſali, indefinita uel ſingulari, dr̄ ſm ꝙ ait Ariſtotiles primo priorum. Exempla ponimus non ut ita ſit. ſed ut conſentiant adiſcentes.

Secunda diffinitio fuit iſta. Conuerſio ꝑ accidens eſt tranſpoſitio ſubiecti in predicatum. & econuerſo. manente eadem qualitate, ſed mutata q̄titate. Contra arguitur ſic. Iſta conuerſio eſt ꝑ accidens. omnis homo eſt riſibilis. ergo omne riſibile eſt homo, et tamen non mutatur q̄titas. ergo diffinitio inſufficiens, tenet conſequentia cum minori. quia quęlibet iſtarum eſt uniuerſalis. et maior probatur. nam iſta eſt conuerſio. quia fit de ſubiecto prædicatum. & econuerſo, & non eſt conuerſio ſimplex. quia uniuerſalis affirmatiua non cōuertitur ſimpliciter, nec ꝑ contrapoſitionem ꝑꝑ carentiā

Contra diffinitionem conuer. per accidens.

terminorum infinitorum, ergo eſt conuerſio ꝑ accn̄s.

A Reſpondetur ꝙ conuerſio prędicta eſt per accidēs. Et cum dicitur ꝙ non mutatur q̄titas nego ſumendo q̄titatem pro ſuppoſitione. unde in conuerſa ſupponit ly homo, diſtributiuę. & ly riſibilis. ſ. confuſę tm̄. In conuertente autem econuerſo ly riſibile, diſtributiuæ. et ly homo, confuſę tm̄. Gloſetur ergo ſic diffinitio. Conuerſio per accidens eſt tranſpoſitio extremoꝝ manēte eadem qualitate, ſed mutata q̄titate. i. ſuppoſitione. Ex iſta regula ſequitur primo, ꝙ illa eſt conuerſio per accidens homo eſt riſibilis, ergo oē riſibile eſt

B homo. quia eſt conuerſio non ſimplex nec per cōtrapoſitionem. ergo per accidens. Secundo ſequitur ꝙ iſte uerſus. Feci ſimpliciter &c. non ponitur ratione ueritatis ſed magis ratione exempli. ex eo ꝙ non ſolum uniuerſalis poteſt conuerti per accidēs, immo indefinita, & ꝑticularis. Tertio ſequitur. quòd ſicut in conuerſione per accidens, conuerſa eſt falſa & conuertens uera. ita ſimiliter ecōuerſo. probatur. et facio duas conuerſiones ꝑ añs. Prima eſt iſta. Oē animal eſt homo. ergo

C homo eſt aīal. Secunda homo eſt aīal, ergo oē animal eſt homo patet quòd in prima conuerſa eſt falſa et conuertens uera. in ſecunda conuerſa eſt uera, et conuertens falſa. Tertia diffinitio erat illa. Conuerſio ꝑ contrapoſitionem eſt tranſpoſitio ſubiecti in prędicatum. et econuerſo manente eadem quantitate & q̄litate, ſed mutatis terminis finitis in terminos infinitos, Contra arguitur ſic. ipſa implicat cōtradictionē. ergo ipſa eſt impoſſibilis, tenet ꝯña, & añs probatur. Nam ſi in con-

D uerſa ſubiectum & ꝑ̄tum ſunt termini finiti. & in conuertente ſubiectum et ꝑ̄dicatum ſunt termini infiniti. ſequitur quòd nulla ſit conuerſio, ꝯña tenet quia terminus finitus non poteſt eſſe terminus infinitus. nec econ

Contra diffinitio. conuerſio. ꝑ cōtrapoſitionem.

Digitized by Google

uerſo. ỽ.g. omnis homo ẽ animal, habet pro ſubiecto ly hō, et pro ꝑdicato ly animal ſed illa. oẽ non animal eſt non hō non habet pro ſubō neqꝫ pro pdicato aliquem illoꝝ terminoꝝ nec ſibi ſimilium. ergo nulla eſt conuerſio ſcḋæ cum prima. Rñdetur negando ꝙ pdicta diffō implicet contradictionem & tunc ad argumentum negatur ꝯña quia non dr̄ in diffōne ꝙ ſubiectum fiat ꝑdm, aut econuerſo. ſed ꝙ fiat tranſpoſitio terminoꝝ uel extremoꝝ, unde poteſt tranſponi ſubiectum in ꝑdm abſqꝫ hoc ꝙ fiat pdicatum et prædicatum poteſt tranſponi in ſubiectum abſqꝫ hoc ꝙ fiat ſubiectum unde ad hoc ꝙ ſubiectum tranſponatur in prædicatum. ſufficit ꝙ fiat prædicatum aut pars prædicati, modo debito et regulari, qualiter fit in propoſito.

Ex prædictis ſequitur ꝙ nulla conuerſio eſt uniuerſaliter conſequentia formalis præter conuerſionẽ ſimplicem. probatur. quia non conuerſio p accidens. quia aliqñ conuertens eſt uera, & conuerſa falſa, & econtrario, ut oſtẽſum eſt, nec ẽt conuerſio p contrapoſitionẽ. qa aliquando conuertens eſt uera et conuerſa falſa. & econuerſo. qḋ probatur ſic. Illa eſt ỽa chimera non eſt animal, & ſua conuertens eſt falſa. ſ. aliqd non animal non eſt non chimera. quia ſuum cõtradictorium eſt uerum. ſ. oẽ non aīal eſt non chimera, ut patet p exponentes. Similiter iſta eſt falſa. oīs chimera eſt animal. & tamen ſua conuertẽs eſt uera. ſ. oẽ non animal eſt non chimera. ut patet p ſuas exponẽtes. ſ. aliqḋ non animal eſt non chimera. et nihil eſt non animal. qn illud ſit nō chimera. ergo oẽ non animal eſt non chimera. quare &c.

Obiecta contra regulas cap. 7. Cap. 5.

IN materia hypotheticaꝝ inferebantur aliquæ regulæ. quaꝝ prima erat iſta. Ad ỽitatem cõditionalis affirmatiuę reqritur ꝙ contradictorium cõſequen-

tis repugnet añti. ex qua inferebatur alia, ꝙ ad falſitatem eius requiritur. **A** & ſufficit ꝙ contradictorium conſequentis ſtet cum añte. Contra quas regulas arguit ſic. Aliqua eſt conditionalis uera affirmatiua cuius cõtradictorium conſequẽs ſtat cum añte. ergo regulę falſę. conſequentia tenet & añs probatur. Cuiuſcunqꝫ conditionalis affirmatiuę antecedens eſt uerũ et conſequẽs falſum, contradictorius conſequẽtis ſtat cum añte. ſed aliqua eſt conditionalis affirmatiua uera, cuius antecedens eſt uerũ et conſequens falſum. ergo aliqua eſt conditionalis affirmatiua uera, cuius contradictoriũ **B** conſequentis ſtat cum antecedente. tenet conſequẽtia quia eſt ſyllogiſmus ĩ tertio primæ figurę. probatur maior. qm̃ ſi antecedẽs illius conditionalis eſt uerum et conſequens falſum. tũc contradictoriũ conſequentis eſt uerũ et antecedens ſimiliter eſt uerũ. ſed oĩa uera ſtant ſimul. ergo cuiuſcũqꝫ talis conditionalis contradictoriũ conſeqñtis ſtabit cuꝫ antecedente, minorẽ ego probo. Nã hæc conditionalis eſt affirmatiua. niſi tu es animal tu non es homo. patet ꝙ antecedens eſt uerum. ſ. tu es animal. **C** et conſequens falſum. ſ. tu non es homo. Reſpondetur ꝙ regulæ datæ de ueritate & falſitate conditionalis reſpiciunt ſolummodo conditionalem denominatã a ly ſi, & nō a ly niſi. Ideo bene probatur, ꝙ aliqua eſt cõditionalis uera et affirmatiua cuius ꝯtradictoriũ cõſeqñtis ſtat cũ antecedente. ſ. ꝯditionalis denoīata a ly niſi. ſed de tali non eſt mentio ibidẽ, imo de ſola conditionali denominata a ly ſi. Scḋa regula erat iſta. Ad ueritatem copulatiuę affirmatiuę reqritur ꝙ quælibet **D** pars principalis ſit ỽa. Ex qua inferebatur. ꝙ ad falſitatẽ eius ſufficit unam ptem eſſe falſam. Contra quas argr̄ ſic. Aliqua ẽ copulatiua affirmatiua ỽa cui⁹ una pars principalis ẽ falſa, ergo regula falſa, tenet ꝯſeqñtia

Contra reg. cōditionaliũ

Contra primas regu. copulatiuarum.

Digitized by Google

& antecedens probatur. iſta eſt copulatiua uera & af-
firmatiua. aliquod animal eſt & ſi tu es illud, tu es aſi A
nus. & ſecunda pars principalis eſt falſa. ergo &c. ꝯña
tenet probatur prima pars antecedẽtis. hoc animal eſt.
& ſi tu es illud, tu es aſinus demonſtrando brunellum:
et hoc eſt aliquod animal. ergo aliquod animal eſt. &
ſi tu es illud, tu es aſinus. conſequentia patet. quia non
uidetur alius modus probãdi illam copulatiuam, ſcd̃a
pars añtis etiam probatur. Nam iſta propoſitio, ſi tu
es illud tu es aſinus, non vr̄ aſſertiuę ſignificare aliud
q̄ȝ quòd ſi tu es animal tu es aſinus. ſed hoc ſignificatū
eſt falſum. quod tu es animal, tu ſis aſinus, ergo ſecũda B
pars principalis eſt falſa. Dicitur quòd iſta copula-
tiua eſt uera. & ſecunda pars eſt uera, ſicut et prima ſed
nego quòd ſignificet modo dicto. ſ. quòd ſi tu es aĩal,
tu es aſinus. quia tunc relatiuum ſtaret confuſę tm̄. &
antecedens determinate, cuius oppoſitum dictum eſt
in materia relatiuorum. Dictum eſt etiam q̄ licitū eſt
loco relatiuorum ponere añs. ubi ſeruetur eadem ſup-
poſitio. ſed ly animal. in prima parte ſtat determinate:
& poſitum locum relatiui ſtat confuſę tm̄. ideo inepte C
aſſignatur ſignificatum ſecundæ partis, dicendo ipſam
ſignificare, quòd ſi tu es animal, tu es aſinus, debet er-
go conuerti relatiuum in ſuum antecedens ſtans deter-
minate. dicendo ſecundam partem ſignificare quòd ali
quod animal ſi tu es, tu es aſinus. et hoc eſt uerum, quia
hoc ſi tu es, demonſtrando aſinum, tu es aſinus, & hoc
eſt aliquod animal, ergo aliqđ animal ſi tu es, tu es aſi
nus tenet conſequẽtia reſolubiliter. Tertia regula erat
iſta. Ad poſſibilitatem copulatiuę requiritur q̄lıbet
partem eſſe poſſibilem. et nullam alteri incõpoſſibilē. D
ex qua inferebatur quòd ad impoſſibilitatem eius req-
rit et ſufficit unam partem eſſe impoſſibilē, uel unã al-

teri incompoſſibilem. Contra quas regulas ſic argui — Contra
A tur. Aliqua eſt copulatiua affirmatiua impoſſibilis: cu- — ſecũdas
ius quælibet pars ē poſſibilis, & nulla alteri repugnat. — regu. co
ergo ambę regulę falſę. conſequẽtia tenet et antecedẽs — pulati.
probatur. Nam iſta copulatiua eſt impoſſibilis, omnis
homo currit, & tu es homo, & tu non curris: quia ex
duabus primis partibus ſequitur contradictorium ter
tię, in tertio primę figurę. ut bene patet intuenti. & ta-
men quęlibet eius pars eſt poſſibilis. ut patet. et proba
tur quòd quælibet cuilibet eſt compoſſibilis. Nã iſtæ
duę ſunt compoſſibiles, omnis homo currit, et tu es ho
B mo, & iſtę ſunt cõpoſſibiles, tu es homo, et tu non cur
ris, ac etiam iſte. tu non curris, et omnis homo currit.
ergo quælibet cuilibet eſt cõpoſſibilis. Ideo dicitur,
quòd iſtę duæ regulæ date non reſpiciunt niſi copulati
uam factã ex duabus partibus, qualiter non eſt in pro-
poſito, quia aſſignatur copulatiua facta de tribus par-
tibus. Si ergo quæratur regula generalis poſſibilitatis
copulatiuæ dr̄: quòd ad poſſibilitatem copulatiuę req
ritur quòd quęlibet pars ſit poſſibilis, et quòd nulla al
C teri uel aliis ſit incompoſſibilis, qualiter nõ eſt in pro-
poſito. quia licet iſtius copulatiuę q̄libet pars cuilibet
ſit compoſſibilis, non tñ quibuslibet. unde iſta. omnis
homo currit, non eſt compoſſibilis iſtis. tu es homo. et
tu non curris, ſimiliter iſta. tu non curris non eſt cõpoſ
ſibilis iſtis, tu es homo. & omnis homo curr quia ex
illis duabus ſingularibus ſequitur contradic riũ uni-
uerſalis. nam ſequitur. tu nõ curris. et tu es homo. ergo
non omnis homo currit. Quarta regula erat iſta. Ad
neceſſitatem copulatiuę requiritur q̄libet partem eſſe
D nec̃iam, ex qua inferebatur, ꝙ ad contingẽtiam ipſius
ſufficit unam ꝑtem eſſe contingentē, et nullã alteri in-
cõpoſſibilem. Contra ſcd̃am regulam ꝓcedit argu-

Digitized by Google

Contra tertias regu. copulati.

mentum factum iam. Sed contra primam ſic arguitur.
aliqua copulatiua eſt nec̃ia cuius una pars eſt contin- A
gens. ergo regula falſa. conſequentia tenet, antecedens
probatur. Et capio iſtam copulatiuã non nullus deus
eſt, & tu es homo. iſta eſt nec̃ia. quia ſuum oppoſitũ
eſt impoſſibile. v3. nullus deus eſt, et tu es homo, quia
non uerius datur ↄtradictorium q̃ ꝑponendo negatio
nem toti. ꝙ aũt altera pars ſit contingens patet de iſta.
tu es homo q̃ eſt ſc̃da pars eius. Reſpondetur ꝙ iſta
regula ſicut et qualibet alia data intelligitur de copula
tiua affirmatiua & non de negatiua. ſm ꝙ in illo ca. ẽ

Cap. de conditionalibus.

expreſſum. Quinta regula fuit iſta. Ad v̓itatem di- B
ſiunctiuæ affirmatiuæ ſufficit unam ꝑtem eſſe ueram.
Ex qua inferebat ꝙ ad falſitatem eius requiritur q̃libet
partem eſſe falſam. Contra quas regulas arguitur ſic.

Contra primas regulas diſiũctiuarum.

Aliqua diſiunctiua eſt falſa, et tamen una eius pars eſt
uera, ergo ambę regulæ falſæ. conſequentia tenet ante-
cedẽs probatur. iſta eſt una diſiunctiua falſa. oẽs homi-
nes ſunt aſini, uel homines & aſini ſunt aſini, et tamen
una eius pars eſt uera. ergo regula falſa. conſequẽtia te
net antecedens probatur. et primo ꝙ iſta ſit una diſiun C
ctiua. patet quia in ea coniunguntur plures categoricæ
ꝑ notam diſiunctionis. quòd aũt ipſa ſit falſa ꝓbatur.
Nam q̃libet eius pars principalis eſt falſa. ergo ipſa eſt
falſa. conſequentia tenet, antecedens probatur. qm̃ iſta
eſt falſa Oẽs homines ſunt aſini. et iſta ſimiliter homi
nes et aſini ſunt aſini, et iſtę ſunt partes principales.
ut patet intuenti. ergo etc. quòd aũt una eius pars ſit ue
ra ꝓbatur, q̃libet iſtarum eſt uera. oẽs homines ſunt aſi
ni uel homines q̃ eſt una eius pars. & ſimiliter iſta. aſi- D
ni ſunt aſini. ergo una eius pars eſt uera. Reſpõdetur
cuꝫ præponitur. oẽs homines ſunt aſini uel homines et
aſini ſunt aſini. utrum opponens uelit eam hr̃e pro co-

pulatiua uel diſiũctiua? Si pro copulatiua uera eſt. quia
A ambę partes principales ſunt uerę. & tunc ad argm̃
dr̃, quòd non eſt ad propoſitum. Si uero habeatur pro
diſiũctiua, negatur iſta. quia ambę partes principales
ſunt falſę, ſicut probatum eſt. Et cum dr̃ una eius pars
eſt uera concedo nulla tamẽ pars principalis eſt v̓a de
q̃ intelligit regula, conceditur ergo concluſio ꝙ aliqua
diſiunctiua eſt falſa. et tamẽ una eius pars eſt uera. ſed
hoc non eſt contra regulã, quia intelligit de principali,
qualiter non eſt in argumento aſſumpto. Sexta regu
la fuit iſta. Ad poſſibilitatẽ diſiunctiuę ſufficit unã par
B tem eſſe poſſibilem. et ad impoſſibilitatẽ eius, requiri-
tur q̃libet eius partem eſſe impoſſibilẽ. Contra am

Contra ſecũdas regulas diſiũctiuarum.

bas regulas arguitur ſic aliqua eſt diſiunctiua affirma
tiua impoſſibilis, cuius q̃libet pars principalis eſt poſ
ſibilis ergo ambę regulæ falſæ, conſequentia tenet an-
tecedẽs probatur. Nam contingẽter tu es, uel tu nõ es.
ſuppoſito quòd aduerbiũ determinet totum, & tamẽ
q̃libet eius pars principalis eſt poſſibilis. ergo &c. con
ſequentia tenet. prima pars antecedentis probaẽ. quia
C ſuum oppoſitũ eſt nec̃ium. v3. nec̃io tu es uel tu non es.
ſecunda pars ẽt patet. quia q̃libet iſtaꝝ eſt poſſibilis. tu
es, & tu non es. Ideo reſpondetur quòd regula intelligi
tur de diſiũctiua affirmatiua hypotheticę probãda, et
nõ categoricę, qualiter nõ eſt in propoſito. eo ꝙ q̃lib3
iſtaꝝ contingẽter tu es uel tu nõ es. nec̃io rex ſedet, uel
nullus rex ſedet eſt exponibiliter ꝓbanda ſicut iſte, cõ
tingenter tu es, nec̃io deus eſt. Septima regula erat
iſta. Ad nec̃itatem diſiunctiuę affirmatiuę ſufficit unã
ꝑtem eſſe nec̃iam, uel oẽs inuicem contradici. Ex qua

Contra tertias regulas diſiunc.

D ſequebatur ꝙ ad contingentiã eiuſdem reqritur q̃libet
ꝑtem eſſe contingentem, & nullam alteri repugnare.
Cõtra iſtas regulas arguitur. Aliqua eſt diſiunctiua

Digitized by Google

nec̄ia.cuius quęlibet pars eſt contingens:et nulla alte-
ri repugnat.ergo ambę regulę ſalſę ꝯña tenet,añs pro- A
batur. Nam iſta diſiunctiua eſt nec̄ia.antichr̄s non eſt
albus,uel antichr̄s eſt coloratus,et quælibet eius pars
eſt contingens & nulla alteri repugnat. ergo &c. añs
probatur pro qualibet parte.et primo ꝙ iſta ſit nec̄ia.
quia ſuum oppoſitum eſt impoſſibile.vȝ. antichr̄s eſt
albus,et antichriſtus non eſt coloratus,Sc̄da pars pa-
tet.ſ.ꝙ quælibet eius pars ſit contingens.quia indiffe-
renter poteſt eſſe uera & falſa.ut bene patet. Tertia ē
pars patet.ſ.ꝙ nulla illarum partium alteri repugnat B
quia poſſibile eſt ꝙ antichr̄s ſit niger.quo poſito hę ſo
rent ſimul uerę.antichriſtus non eſt albus.& antichri-
ſtus eſt coloratus.ergo non inuicem repugnant. Re
ſpondetur ꝙ diminute recitata eſt regula contingentię
diſiunctiuę.Sed oportet plus addere.ſ.ꝙ cōtradictoria
partium non repugnent. Nunc ad propoſitū diſiunctl
ua propoſita eſt nec̄ia,& quęlibet eius pars eſt contin
gens.et nulla alteri repugnat.ſed oppoſita illaꝝ partiū
repugnant.vȝ.antichriſtus eſt albus. antichriſtus non
Nota. eſt coloratus.quare nihil contra regulā. Notandum C
ꝙ contra quamlibet iſtarum regularum contentaꝝ in
materia hypotheticarum poteſt argui ex aſſignatione
hypotheticæ negatiuæ uel partis non principalis. ubi
ergo tales obiectiones procederent dicatur regulas
hypothethicarum in negatiuis non tenere, neq; etiam
de partibus non principalibus.

Obiectiōes ꝯtra dicta in cap.8.de p̄dicabilibus.C.6.

MAteria prędicabilium quaſdam continet dif-
finitiones quarum prima erat iſta. Genus eſt D
Contra terminus uniuocus p̄dicabilis in quid de plu-
diffōnē ribus differentibus ſpē.ut animal. Contra iſtam dif-
generis. finitionem arguitur ſic.ly corpus aiatum,eſt genus,et

tamen non eſt terminus uniuocus.ergo diffinitio inſuf
A ficiens.tenet conſequentia cum maiori: minorem pro-
bo.Nam omnis terminus uniuocus eſt terminus ſim-
plex,ſed ly corpus animatū,nō eſt terminus ſimplex.
ergo nō eſt terminus uniuocus.Dr̄ ꝙ ly corpus anima
tum non eſt genus,nec ly animal rōnale, quia quodli-
bet genus debet eſſe terminus ſimplex. Et ſi allegaret
Porphyrius ponens terminū iſtum pro genere,dicitur In prędi
ꝙ poſuit,non ꝙ ita eſſet,ſed gr̄a exempli,aut quia ca- cabili-
ruit termino ſimplici.loco ergo iſtius termini, corpus bus.c.2.
animatum,debet poni unus iſtoꝝ ſimplicium uiuens.
B uel uiuum,medians inter ly animal,et ly corpus.unde
omne animal eſt uiuēs.ſed non econuerſo. ſimiliter oē
uiuens eſt corpus,et non econuerſo,loquendo de uiuen
te compoſito ex materia et forma.ly animal rōnale.er
go fruſtra poſitum eſt pro genere.quia eſt diffinitio ho
minis,ſed ideo poſuit Porphyrius.quia ſequebat̄ opi-
nionem Platonis ponentis cœlum eſſe animal rationa
le, cuius opinionem negamus ad præſens. Secunda
diffinitio erat iſta. Genus generaliſſimuȝ eſt ꝙ cum ſit
C genus nō poteſt eſſe ſpecies. Ex qua inferebatur alia ꝙ
genus ſubalternum eſt illud , quod cū ſit genus poteſt
eſſe ſpecies. Contra iſtas diffinitiones ſic arguitur.ly
ſubſtātia eſt genus generaliſſimum.et poteſt eſſe ſpēs. Contra
ergo diffinitiones inſufficiētes.tenet ꝯña cum maiori: diffi.ge-
minorem probo.Nam ly ſubſtātia poteſt conuerti cū neris ge
iſto termino homo.ergo poteſt eē ſpecies. conſequētia neraliſſi
tenet.et antecedens ſimiliter ꝑ nouam impoſitionem. mi & ſu
Reſpondetur ꝙ argumentum uerbaliter procedit.& balterni
non cōtra intellectum diffinitionum,prima namq; ſic
D intelligitur genus generaliſſimum eſt illud quod cum
ſit genus non poteſt eſſe ſpēs,ſic adęquatę ſignificādo.
Nunc ad propoſitum ly ſubſtantia,poteſt eſſe ſpecies,

Digitized by Google

ſed non ſic adæquatæ ſignificando.ſ.ſubſtantiã. Tertia diffinitio principalis fuit iſta. Species eſt terminus uniuocus non ſupremus,prædicabilis in quid de pluribus. A

Contra diffi. ſpeciei.

Contra arguitur ſic ly ſubſtantia eſt terminus uniuocus non ſupremus prædicabilis in quid de pluribus,et tamen non eſt ſpecies.ergo difinitio inſufficiens tenet conſequentia cum minori,maior probatur. Nam ꝙ ly ſubſtantia prædicetur de pluribus.in quid. patet. & ꝙ ſit terminus non ſupremus probatur. Nã aliquis terminus eſt ſupra eum.ergo non eſt ſupremus. conſequentia tenet antecedens probatur de iſto termino ens qui eſt ſupra iſtum terminum ſubſtãtia.quia omnis ſubſtantia eſt ens.et non econtra. Reſpondetur ꝙ quẽadmodum ly ſubſtantia,eſt genus generaliſſimus, ita eſt terminus ſupremus,et cum dr̃ ly ens eſt ſupra eum. negо,quia ſupioritas & inferioritas non reperitur niſi in p̃nto.ly ens,non eſt in prędicamẽto.ergo non eſt ſupra nec infra. Et cum dr̃.omnis ſubſtantia eſt ens et nõ econuerſo. ergo ly ens,eſt terminus ſuperior, non ualet ꝯña,ſed bene ſequit̃.ergo eſt terminus cõior,uel prior, ſicut non ſequitur,omnis ſuba eſt homo uel non hõ.& non econuerſo.ergo ly homo,uel non hõ.eſt terminus ſupior:nullus.n.terminus compoſitus eſt ſupra uel infra aliquem terminum prędicamentalẽ. C Quarta diffinitio fuit iſta.Species ſpãliſſima eſt terminus q cum ſit ſpecies non poteſt eſſe genus. Ex qua inferebatur ꝙ ſpecies ſubalterna eſt terminus,qui cum ſit ſpecies poteſt eſſe genus.

Contra diffi. ſpeciei ſpãliſſime & ſubalterne.

Contra arguitur ſic,iſte terminus hõ; eſt ſpecies ſpãliſſima & poteſt eſſe genus. ergo neutra diffinitio ſufficiens.conſequentia tenet cum maiori.minor probatur.quia poteſt conuerti cũ illo termino animal. D Dr̃ ꝙ argumentum non procedit contra intellectum regulæ qui eſt iſtæ.ſpecies ſpãliſſima eſt terminus qui cum ſit ſpecies non poteſt eſſe genus,ſic adęq̃tę ſignificando.ſicut ly homo,ſed iam in propoſito, ſi ly homo conuerteretur cum ly animal non adęquatæ ſignificaret hominẽ. Quinta diffinitio fuit iſta Dr̃ia eſt terminus uniuocus prædicabilis in quale eſſentiale.

Contra diffini. differentiæ.

Contra arguitur ſic ly rationale, eſt dr̃ia. & tamen non eſt terminus uniuocus.ergo diffinitio inſufficiens: tenet conſequentia añs probatur.nam ſignificat hominem ſub ratione q̃ ſenſitiuum & intellectiuum.ſignificat angelum ſub ratione qua intellectiuum ſolummõ. ergo diuerſis rationibus. Reſpondet̃ ꝙ ly rationale, qđ diuidit animal,qñ dicitur animalium aliud rationale, B aliud irrationale,non ſignificat niſi hominẽ,quia non ſignificat niſi animal rationale.ſed nullus angelus eſt animal rationale.ergo non ſignificat angelũ:& ita unum aſſumptũ fuit falſum. Sexta diffinitio fuit iſta. Proprium eſt terminus uniuocus prędicabilis de pluribus in eo ꝙ quale accidentale conuertibil'r, ut riſibile: quod prædicatur de ſor.& Pla.accidentaliter conuertibiliter.

Contra diffi. proprij.

Contra iſtam diffinitionem arguitur ſic ly riſibile.eſt proprium.& tamen non prædicatur de pluribus C conuertibiliter.ergo diffinitio inſufficiens. tenet conſequentia cum maiori,minor probatur. nam ly riſibile, prædicatur de ſor. & Pla. & non conuertibiliter.quia ſor. & riſibile non conuertuntur, unde non ſequitur, riſibile currit. ergo ſor. currit, ergo &c.

Dicendum quòd ly conuertibiliter in diffinitione non reſpicit ly pluribus, ſed illud ratione cuius de talibus prædicatur, uidelicet ſubiectum, quod eſt iſte terminus homo, cum quo conuertitur iſte ter- D minus riſibile.unde iſta conſequentia non ualet ly riſibile, prædicatur de ſor. & Pla. & non conuertitur cum illis ergo non conuertit̃.arguitur.n.ab inferiori ad.

Digitized by Google

ſuum ſuperius negatione præpoſita. Septima diffinitio erat iſta. accidens eſt terminus uniuocus prędicabilis de pluribus in quale accidẽtale non conuertibiliter.

A

Contra diffi. accidentis

Contra iſtam diffinitionem arguitur ſic, nam iſte terminus hic albedo eſt accidens quia eſt terminus accidẽtalis, et tamen non eſt prędicabilis de pluribus quia eſt terminus diſcretus. ergo diffinitio inſufficiens. Soluitur hoc argumentum ꝑ diſtõnem dicendo, q̃d accidens poteſt ſumi large pro omni termino accidentali cõi uel diſcreto. & ſic non ſumitur in propoſito. Alio modo pro termino accidentali cõi, & ſic diffinitur ad pręſens. et ſm iſtum modum patet ꝙ iſte terminus hic albedo, non eſt terminus accidentalis, nec eſt pluribus ꝯpetens accidentaliter. Octaua diffinitio erat iſta. Prædicatio directa eſt illa in quo ſuperius prædicatur de ſuo inferiori. Indirecta autem econuerſo.

B

Contra diſ. prædicationis directe et indirecte.

Contra iſtas diffinitiones arguitur ſic. quia ex illis ſequitur q̃d aliqua eſt prędicatio q̃ nec eſt directa nec indirecta. ut homo eſt homo, animal eſt animal, quia nec ſuperius nec inferius prędicatur. Ideo reſpondetur concedendo concluſionem. Vltima diffinitio fuit iſta. Prædicatio eſſentialis eſt illa in qua ſuperius prędicatur de ſuo inferiori, uel drĩa de aliquo iſtoꝶ aut econuerſo.

C

Contra diffõ. ꝑdicationis eſſentialis.

Contra iſtam diffinitionem arguitur ſic. homo non eſt animal. non eſt prędicatio eſſentialis, & tñ ſuperius prędicatur de ſuo inferiori. ergo diffinitio inſufficiens, tenet conſequentia cum minori. maiorem probo. quia iſta prædicatio eſt impoſſibilis. Reſpondetur ꝙ aliq̃ prædicatio eſſentialis eſt impoſſibilis. Silr̃ aliqua ꝑdicatio contingens eſt prædicatio eſſentialis. ut tu es homo, & antichriſtus eſt animal. Item aliqua prædicatio neceſſaria eſt prædicatio accidentalis. ut homo eſt riſibilis, animal eſt quantum, aut coloratum.

D

Obiectiones

Obiectiones ꝯtra ca. ult. in materia ſyllogiſmoꝝ. C. 7

A

IN materia ſyllogiſmorum eſt aliqualiter obĳciendum ut quod non expreſſę eſt prolatum ad lucem reducatur.

Contra ſufficientiam figurarũ.

De primo arguitur probando inſufficientiam figurarum ſic. quatuor ſunt figuræ. ergo diminute tres aſſignantur. conſequentia tenet. antecedens probatur. nam iſte eſt optimus ſyllogiſmus. omnis homo eſt animal, omne animal eſt ſubſtantia. ergo omnis homo eſt ſubſtantia. ergo eſt ſyllogiſmus alicuius figuræ, non primæ, quia quod ſubĳcitur in prima non prædicatur in ſecunda, nec eſt ſecundæ figurę quia non prædicatur idem in utraq;. nec tertiæ, quia non ſubĳcitur idem in utraq;. ergo oportet dare quartam figurã, in qua illud quod prædicatur in prima ſubĳciatur in ſecunda.

B

Reſpondetur ꝙ non ſunt plures figurę q̃ tres, nec ſyllogiſmus propoſitus ꝯſtituit quartam figurã. quia eſt in prima figura & in primo modo, nec dictũ eſt quod non conſtituat primam figuram. quia eſt in prima figura alius ſyllogiſmus q̃ ille cuius ſubiectum primæ propoſitionis eſt prędicatum ſcđæ ſed dicebaẽ. ſi ſubiectum primæ eſt prædicatum ſecundæ, ſic reſultat prima figura.

C

Dicatur ergo ꝙ ille ſyllogiſmus conſtituit primam figurã: cuius ſubiectum unius pręmiſſę eſt prædicatũ alterius.

Contra ſufficientiam modorum primæ figuræ.

Secundo arguitur inſufficientia modorum primæ figuræ ſic ſyllogizando: nullum animal eſt lapis, quilibet homo eſt animal. ergo aliq̃s homo non eſt lapis, iſte eſt ſyllogiſmus primæ figurę. et tamen non eſt in aliquo illoꝝ nouem modorum. ut patet diſcurrendo ꝑ omnes. ergo plures ſunt q̃ nouem.

D

Item ſyllogizatur ſic. Omne animal eſt ſubſtantia, omnis homo eſt animal. ergo homo eſt ſubſtantia, iſte ſyllogiſmus eſt primæ figuræ & tamen non eſt in aliquo illoꝝ nouẽ modoꝝ. ut patet intuẽti niſi forte dice-

Digitized by Google

retur quod eſſet in baralipton, nec hoc euadit. quia baralipton concludit indirecte. et prędictus ſyllogiſmus concludit directe. ergo etc. Dicitur quod primus ſyllogiſmus eſt in celarent: non immediate, ſed mediate, quia ex primis præmiſſis concluditur in celarent, nullus homo eſt lapis. ex qua ſequitur formaliter. quod aliquis homo non eſt lapis in figura de ineſſe. Conſimiliter eſt dicendum ad ſecundum ſyllogiſmum quod eſt in primo primæ figurę non immediate, ſed mediate cõcludendo iſtam cõcluſionem in figura de ineſſe ex propria concluſione. unde iſte ſyllogiſmus eſt immediate in primo primæ, omne animal eſt ſubſtantia, quilibet homo eſt animal. ergo quilibet homo eſt ſubſtantia, quia non exigitur aliquod medium ad hoc quod ſit in primo primæ figuræ, ſed alius ſyllogiſmus ẽ mediate, quia non ſequitur concluſio iſta, niſi mediate iſta ſubintellecta. ſ. quilibet homo eſt ſubſtantia. tanq̃ ab uniuerſali ad ſuam ſubalternam. Et ſi ex his concluderetur q̃d barbara, uel celarent concludit indirecte, uel indefinite, uel particulariter, concedo non immediate ſed mediate. Tertio oſtendo inſufficientiam modorum ſecundæ figuræ ſic arguendo. Nullus lapis eſt animal, quilibet homo eſt animal. ergo aliquis homo non eſt lapis. Vel ſic, quilibet homo ẽ animal. nullus lapis eſt animal. ergo nullus homo eſt lapis. quilibet iſtorum ſyllogiſmorum ẽ in ſecunda figura. & nõ in aliquo illorũ quatuor modorum. ut patet diſcurrendo per ſingulos. Nã primus ſyllogiſmus iſtorum duorum, conſtat ex duabus uniuerſalibus concludentibus particularem. & ſecundus concludit indirecte, qualiter non reperiẽ in aliquo illorum quatuor modorum. Reſpondetur ut prius, quod primus eſt mediate in cæſare, quia ex propria et immediata concluſione eius ſequitur concluſio adducta, for-

Contra ſuffi. modorum ſecundæ figuræ.

maliter. ſecundus uero eſt in cameſtres etiam mediate.

A quia ex propria & immediata concluſione eius ſequiẽ cõcluſio illius ſyllogiſmi p̃ conuerſionem ſimplicem. Quarto oſtendo inſufficientiam modorum tertiæ figurę ſic arguendo. Omnis homo eſt ſubſtãtia, omnis homo eſt animal. ergo quędam ſubſtantia eſt animal: uel ſic. q̃libet hõ eſt riſibilis, aliquis homo eſt unus hõ. ergo aliquod riſibile eſt unus homo. iſti ſunt optimi ſyllogiſmi in tertia figura, et nõ in aliquo modo quia oẽs modi tertię figuræ cõcludunt directe, & prędicti ſyllogiſmi concludunt indirecte. ergo &c. Ideo dr̃ ut prius, quòd primus eſt in darapti ſecundus in datiſi non im-

B mediate ſed mediate, per conuerſionem ſimplicem immediate concluſionis. & ita non eſt inconueniẽs quòd modi tertiæ figuræ concludant indirecte, non immediate, ſed mediate ſolum.

Contra ſuffi. modorum tertiæ figuræ.

Obiecta ad dictum ulti. cap. contra modos figurarum. Cap. 8.

Arguitur cõiter contra figurarum modos probãdo ſyllogiſmos factos in illis aliqualiter nõ tenere. Et primo contra primũ modũ primę figurę.

C nam iſte ſyll'ſ non ualet, omnis hõ uel aſinus eſt aſinus, oẽ riſibile eſt hõ uel aſinus, ergo oẽ riſibile ẽ aſinus. Et poniẽ in primo primæ figuræ. ergo modus iſte inſufficiens. ꝯña tenet cum maiori. quia omnia. req̃ſita ad primũ primæ ſufficiẽter exprimunẽ, ꝙ añt iſte ſyll'ſ nõ ualeat. p̃batur. ꝯñs eſt falſum et añs eſt uerum. probatur. Nam minor eſt uera, ut patet ex ſuis exponentibus. & maiorẽ probo inductiue. Iſte homo uel aſinus eſt aſinus. & ille homo uel aſinus eſt aſinus. & ſic de

D ſingulis. & iſti ſunt omnes homines. ergo omnis homo uel aſinus eſt aſinus. patet conſequentia a ſingularibus ſufficienter enumeratis ad ſuam uniuerſalem.

Contra primum modum primæ figuræ.

Digitized by Google

. Reſpondetur quærendo de ſubiecto diſtributionis illius uniuerſalis, omnis hō uel aſinus eſt aſinus quid diſtribuitur. utrum totum diſiunctum, uel prima pars ſolummō, ſi totum diſiunctum, nego maiorem & ad probationem adductā, dico ꝙ quęlibet ſingularis in qua demonſtratur homo, eſt falſa. ideo iſta eſt falſa, iſte homo uel aſinus eſt aſinus, demonſtrando hominem, quia ſignificat ꝙ hoc quod eſt hō eſt aſinus. & hoc eſt falſum. Si aūt ſolummō prima pars diſtribuitur. nego ꝯñiam. quia plus prędicaī in minori ꝗ̄ fuerit diſtributū in maiori. Vnde non oportet ꝙ ſubiectū totius propoſitionis maioris prædiceī in minori. ſed ſufficit ꝙ ſubiectum diſtributionis, ita ꝙ ſm iſtam rñſionem, uniuerſalis ꝗ eſt maior hꝫ ſubiectū diſtributionis, qđ eſt prima pars diſiūctim. et hꝫ ſubiectū propoſitionis qđ eſt totum diſiunctum. primum ſubiectū expedit ꝑdicari in minori et nō ſm. nec de tali intelligiē regula primæ figuræ.

Contra ſecundū modum primæ figuræ.

Contra ſecundū modum arguitur ſic, iſte ſyllogiſmus non ualet, nulla concluſio eſt uera. ſed omnis concluſio facta in celarent eſt concluſio. ergo nulla ꝯcluſio facta in celarent eſt uera. & tñ iſte ſyllogiſmus eſt in celarent. ergo &c. Minor patet. quia ſunt omnia requiſita. maior probatur ponendo ꝙ ſyllogiſmus factus ſit omnis ſyllogiſmus. quopoſito añs illius ſyllogiſmi eſt uerum pro qualibet parte, et ꝯñs falſum. quia falſificat ſe. Ideo dr̄ ut in mā inſolubilius, ꝙ dictus ſyllogiſmus non eſt in tertio primæ. quia cōcluſio eſt propoſitio inſolubilis hypothetice ſignificans qualis non eſt aliqua præmiſſarum.

Contra tertium modum

Contra tertium primæ figurę arguitur ſic, iſte ſyllogiſmus non ualet. cuiuſlibet hominis aſinus currit, brunellus eſt hominis aſinus. ergo brunellus currit. & tamen arguitur ſm tertium modum. ergo modus inſufficiens. conſequentia tenet cum

A

minori, maiorem probo. Et pono ꝙ quilibet homo habeat duos aſinos quoꝝ unus currat, alius non. de quorum numero non currentium ſit brunellus. iſto poſito añs eſt uerum. ut patet. conſequēs contra caſum. Ideo dr̄ ꝙ argumentum non ualet. quia plus prædicatur in minori ꝗ̄ fuerit diſtributum in maiori. Nam diſtributum in maiori fuit præciſe ly hominis, et prædicatum minoris erat hoc totum, hominis aſinus. Sed forte dr̄ ꝙ adhuc ſtat argumētum ſic arguendo. Cuiuſlibet hominis aſinus currit, brunellus eſt hominis. ergo brunellus currit,

B

Dr̄ ꝙ nondum eſt ſyllogiſmus in tertio primę, quia in obliquis caſibus oportet ſubiectum maioris prædicari in minori in recto ſic dicendo, brunellus eſt homo. et hoc negatur ꝑpea bene ſequiē, cuiuſlibet hominis aſinus currit, ſor. ē homo. ergo ſor. aſinus currit. Notandum circa illum modum ꝙ ſi aliqua pręmiſſarum non fuerit quāta, non arguitur tunc ſm iſtū modum, ut neſcio omnis homo eſt animal, ſor. eſt hō. ergo neſcio ſor. eſt animal. Itē omnis homo eſt animal, ſed tm̄ riſibile eſt homo. ergo tm̄ riſibile eſt animal.

C

in qualibet. n. harum ꝯñarum eſt añs uerum, & ꝯñs falſum. non eſt ergo aliquis iſtorum paralogiſmorum ſyllogiſmus in darij. quia in primo maior non eſt alicuius ꝗtitatis, quia eſt modalis de ſenſu compoſito, in ſecundo minor non eſt alicuius ꝗtitatis, quia eſt excluſiua primi ordinis.

Contra quartus modum

Contra quartum primę arguitur ſic, iſte ſyllogiſmus nō ualet. Oē animal ſi eſt rudibile, nō eſt homo, ſed tu es animal ſi es rudibilis. ergo tu non es homo, et tñ arguitur ſm iſtum modum. ergo eſt inſufficiens. conſequentia tenet, antecedens probatur. nā

D

conſequens eſt falſum, ut patet. & qualibet præmiſſarum eſt uera. ſ. tam ſcđa ꝗ̄ prima. ut patet ꝑ exponētes. Nā aliquod animal ſi eſt rudibile nō eſt homo, et nullū eſt

Digitized by Google

aial,ꝗn illud ſi ē rudibile, non ſit hō.patet ēt ex omni
bus ſuis ſingularibus,quaꝝq̃libet eſt uera. Rn̄detur A
ut in primo ꝙ ſi totum conditionatū diſtribuit, negaē
maior.& tunc ad argumentū.dico ꝙ non bn̄ exponit.
Primo,quia eſt uniuerſalis negatiua q̃ non exponitur.
Secundo,quia non debite aſſignatur ſecunda exponēs,
quæ deberet eſſe iſta.& nihil eſt animal ſi eſt rudibile.
quin iſtud nō ſit homo,quod eſt falſum, quia aliquod
eſt animal ſi eſt rudibile,quod eſt homo. Nam hoc eſt
homo,demonſtrando hominem. & hoc eſt animal ſi
eſt rudibile.ergo &c Itē multę ſingulares ſunt falſę, ut
hoc animal.ſi eſt rudibile non eſt homo demonſtran- B
do hominem.quia debet ſic reſolui hoc non eſt homo
& hoc eſt animal ſi eſt rudibile,quarum prima eſt fal-
ſa. Si autem dicitur in principio ꝙ diſtribuitur ſolum
prima pars conditionati tunc patet ꝙ conſequentia nō
ualet,quia plus prædicatur in minori q̃ fuerit diſtribu-
tum in maiori. Ideo debuit ſic argui. Omne animal ſi
eſt rudibile non eſt homo,ſed tu es animal.ergo tu ſi es
rudibilis non es homo.conceditur conſequentia et con
ſequens. Notandum tamen ꝙ in prædictis et in cæ- C
teris modis,oportet medium terminum ſemꝑ ſuppo-
nere pręcisę pro eodem uel pro eiſdem.ideo non ualet
iſte ſyllogiſmus,nullus homo eſt mulier. berta eſt hō.
ergo berta non eſt mulier.quia minor debuit eſſe talis,
Contra primus modum ſecundæ figuræ. berta eſt aliquis hō quę negatur. Contra cęteros mo
dos primæ figurę nō arguo.quia ex prædictis poſſunt
elici obiectiones contra alios modos ſufficienter. Cō
tra primum ſecundæ figurę arguitur ſic iſta conſequen
tia non ualet,omnis deus ſubſtantia non eſt,omnis pri
ma cauſa ſubſtantia eſt. ergo omnis prima cauſa deus D
non eſt,quia antecedens eſt uerum. conſequēs falſum.
& tamen eſt ſyllogiſmus in primo ſecundę. Reſpon-

detur ꝙ talis ſyllogiſmus nō eſt in primo ſecūdæ. quia
A talis debet fieri ex negatiuis de conſueto modo loquen
di,& non de inconſueto,qualiter fit in propoſito. quia
omnes negatiuę ſunt de inconſueto modo loquendi,ex
quo prædicatum pręcedit negationem,ſed bene ſeque
retur,omnis deus nulla ſubſtātia eſt.omnis prima cau-
ſa ſubſtantia eſt.ergo omnis prima cauſa deus non eſt.
ſed maior eſt falſa, ſicut et concluſio. hoc argumentum
poteſt reduci ad omnes alios modos iſtius figuræ per
tranſpoſitionem præmiſſarum,aut ꝑ mutationē quan
B titatis. Contra primum modum tertię figuræ argui Contra primum modum primę figuræ.
tur. Iſte ſyllogiſmus non ualet,cuiuslibet hominis aſi
nus currit,cuiuslibet hominis aſinus quieſcit.ergo aſi-
nus quieſcens eſt aſinus currens. quia in caſu ſuperiori
eſt antecedens uerum conſequens falſum.& tamen eſt
in primo tertiæ figurę. Dicitur ꝙ non eſt in darapti:
quia ſicut pręmiſſę fiunt ex recto et obliquo ita conclu
ſio debet fieri.ideo debet ſic concludi.ergo aſinus quie
ſcens eſt alicuius,cuius eſt aſinus currens. unde ly aſi-
C nus non eſt pars ſubiecti in præmiſſis.ſed pars prædi-
cati,ideo debet poni in concluſione. Contra ſecundū Contra ſecundū modum,
modum tertię figurę arguitur. Iſte ſyllogiſmus non ua
let,omnis homo uel aſinus nō eſt homo:omnis homo
uel aſinus eſt riſibilis. ergo riſibile non eſt homo, quia
antecedens eſt uerum:ut patet ex ſuis exponētibus.uel
ſingularibus,& conſequens eſt falſum. Rn̄detur ꝙ ſi
in qualibet præmiſſarum diſiunctum totum diſtribui
tur quælibet illarum eſt falſa. & habet multas ſingu-
lares falſas. Nam primo uniuerſalis quælibet ſingula
ris eſt falſa,in qua demōſtratur homo & ſecundę quę-
D libet ſingularis eſt falſa in qua demonſtratur aſinus,ut
patet ex ſuis reſoluentibus. Si autem non diſtribuitur
totū diſiunctum.ſed prima pars ſolummō, non arguit

Digitized by Google

tunc in ſecundo tertiæ. quia in tali modo oportet totũ
ſubiectum propoſitionis diſtribui qualiter non ſit in A
propoſito. Contra alios modos huius figuræ ſpecia-
liter non arguo. Primo, quia hę duę obiectiones ad om
nes alios modos poſſunt reduci. Scđo ut uitem prolixi
tatem ſcripturę facientis tedium in animo ſtudentis.
Et ſic eſt finis obiectionum contra ſummulas.

Et incipit ultimus tractatus huius operis qui de
obiectionibus contra conſequentiarum regulas inti-
tulatur eas fortificando.

Obiecta contra regulas conſequentiarum pri- B
mi & ſecundi cap. Cap. primum.

POſt ſummularum obiectionum declaratã no-
titiam, ſequitur ultimo ut in initio eſt præmiſ-
ſum, conſequentiarum rationibus fortificare
materiam. Arguo igitur contra primam &
principalem regulam quæ fuit iſta. Conſequentia bo-
na eſt illa cuius contradictoriũ conſequentis repugnat
antecedenti, ex qua inferebatur alia, ꝙ conſequẽtia ma C
la eſt illa cuius contradictorium conſequentis ſtat cum
Contra regu. de cõſequẽtia bona et mala. antecedente. Contra arguitur ſic. aliqua eſt conſequen
tia bona. & tamen contradictorium conſequentis ſtat
cum antecedente, ergo ambæ regulæ falſæ. conſequen-
tia tenet antecedens probatur. iſta conſequentia eſt bo
na. Tu credis præciſæ ꝙ aliquis homo decipitur. ergo
aliquis homo decipitur, & tamen cõtradictorium con
ſequentis ſtat cum antecedente. ergo. prima pars ante-
cedentis probatur, qm̃ ſequitur tu credis præciſę ꝙ ali-
quis homo decipitur. ergo tu credis præciſę uerum. uel D
tu credis præciſæ falſum. Si tu credis præciſæ uerũ, et tu
credis præciſę ꝙ aliquis homo decipitur. ergo aliquis

homo decipitur. Si tu credis pręciſę falſum. ergo tu de-
A ciperis. & tu es aliquis homo ergo aliquis homo deci-
pitur. Secunda pars antecedentis probatur. et pono an
tecedens in caſu. cum hic ꝙ nullus alius a te decipiatur.
Iſto poſito, tu credis præciſę ꝙ aliquis homo decipitur
& nullus homo decipitur. ergo contradictorium con-
ſequentis ſtat cum antecedente. primam partem conſe
quentis ponit caſus, ſecũdam probo. Nam nullus alius
a te decipitur per caſum, nec tu deciperis. ergo nullus
homo decipitur. minorem probo, quia ſi non detur op
poſitum. et arguitur ſic tu credis præciſę ſicut eſt. ergo
B tu non deciperis. conſequẽtia tenet & antecedens pro-
batur. nam tu credis præciſę quòd aliquis homo deci-
pitur per caſum. & ita eſt quòd aliquis homo decipi-
tur quia tu deciperis per reſponſionem. ergo tu credis
præciſę ſicut eſt. Reſpondetur quòd iſta conſequen-
tia eſt bona. & quòd oppoſitum conſequentis nõ ſtat
cum antecedẽte, immo repugnat. Et admiſſo caſu con-
cedo iſtam. tu credis præciſę ꝙ aliquis homo decipi-
tur. & nego iſtam. nullus homo decipitur. quia conce-
C do quòd tu deciperis tanquam ſequens. ſequitur enim
aliquis homo decipitur & nullus alius a te decipitur.
& tu es homo. ergo tu deciperis. Vlterius ad argu-
mentum nego iſtam, tu credis præciſæ ſicut eſt. Et ad
eius probationem nego conſequentiam iſtam, ſcilicet
tu credis præciſę quod aliquis homo decipitur. & ita
eſt quod aliquis homo decipitur. ergo tu credis pręciſę
ſicut eſt. ſicut non ſequitur tu credis præciſę quod ali-
quis homo currit, & ita eſt quòd aliquis homo currit.
ergo tu credis præciſę ſicut eſt, ut poſito quòd ſor. cur-
D rat. & plato non currat. & credas præciſæ platonem
currere, iſto poſito eſt antecedens uerum, conſequens
falſum, ſed bene ſequitur: tu credis præciſæ quod ali-

Digitized by Google

quis homo currit. & ita eſt quod ille quem præciſę cre
dis currere currit. ergo tu credis præciſę ſicut eſt, ſed mi A
nor eſt falſa in iſto caſu. Ita ſequitur in propoſito, tu
credis præciſæ quod aliquis homo decipitur. & ita eſt
quod ille quem credis decipi decipitur. ergo tu credis
præciſę ſicut eſt, conſequentia eſt bona. ſed minor eſt
falſa. quia in caſu iſto. tu credis alium a te decipi. No
tandum ꝙ ſub ſecunda regula ponebātur duæ alię re-
gulæ, uidelicet. Ex impoſſibili ſequitur quodlibet. Et
neceſſarium ſequitur ad quodlibet. Contra quas re-
gulas arguitur ſic, quia non ſequitur, aliquis homo eſt
aſinus ergo nullus homo eſt aſinus. & arguitur ſecun- B
dum ambas regulas. ergo ambæ regulæ falſæ. tenet
conſequentia cum minori. & maior probatur. Primo,
quia ex uno oppoſitorum non ſequitur reliquum. Se-
cundo, quia contradictorium conſequentis ſtat cum
antecedēte, eo quod conuertitur cum ipſo. Ideo reſpon-
detur ꝙ iſta conſequentia eſt materialis bona & non
eſt inconueniēs ex uno oppoſitorum aliud inferri, dū-
modo ipſum ſit impoſſibile. nego tamen quod oppoſi
tum conſequentis ſtet cum antecedente. Et nego illam C
conſequentiam, oppoſitum conſequens conuertitur
cum antecedente. ergo ſtat cum ipſo. unde dico ꝙ quę-
libet propoſitio mundi ſequitur ex illa, tu es aſinus. &
quælibet eidem repugnat, immo repugnat ſibiipſi,
quia infert oppoſitum ſuiipſius. Prima regula for-
malis conſequentiæ erat iſta. Si alicuius conſequentię
ex contradictorio conſequentis ſequitur contradicto-
rium antecedentis, illa conſequentia eſt bona. Ex qua
inferebatur, quòd ſi alicuius conſequentię contradicto
rium conſequentis non eſt illatiuum contradictorij an D
tecedentis, illa conſequentia non ualet, Contra am
bas regulas arguitur ſic. Aliqua conſequentia eſt bo-

Contra regu. cō ſequētiæ bōę materialis.

na. & tamen ex contradictorio conſequentis non ſe-
A quitur contradictorium antecedentis. ergo iſtę regulæ
falſæ. antecedens probatur iſta conſequentia eſt bona:
tu credis præciſę quod omnis homo decipitur. ergo tu
deciperis. & ex contradictorio conſequentis non ſe-
quitur contradictorium antecedentis. ergo & cætera.
prima pars antecedentis probatur. quia ſequitur, tu
credis præciſę quod omnis homo decipitur. ergo tu
credis uerum uel falſum. Si credis falſum. ergo tu de-
ciperis. ſi uerum. & tu credis præciſæ quòd omnis
homo decipitur. ergo ita eſt quod omnis homo de-
B cipitur. ergo tu deciperis. iſta conſequentia eſt bona,
& ſecunda pars antecedentis principalis probatur
quia non ſequitur. tu non deciperis. ergo tu non cre-
dis præciſæ quod omnis homo decipitur. probatur.
& pono quod tu credas præciſę quod omnis homo
decipiatur iſto poſito, conſequens eſt falſum per ca-
ſum & antecedens uerum. probatur, ſi non, detur
oppoſitum. & arguitur ſic, tu credis præciſę quòd
omnis homo decipitur. & ita eſt quòd omnis ho-
C mo decipitur: quia omnis homo non tu decipitur
per caſum: & tu deciperis per reſponſionem. ergo tu
credis præciſæ ſicut eſt. ergo tu non deciperis, quod
erat probandum. Reſpondendum eſt non ad-
mittendo caſum, quia non eſt poſſibile quòd tu cre-
dis præciſæ quòd omnis homo decipitur. nam ſic
ſequitur quòd tu deciperis. ut eſt oſtenſum, uel er-
go deciperis in credendo omnem hominem decipi:
uel aliquid aliud ut quod homo eſt aſinus: uel ali-
quod falſum. non primum quia omnem hominem
D decipi eſt uerum. ergo aliquid aliud. & per conſe-
quens tu non credis præciſæ quòd omnis homo deci-
pitur, ꝙ eſt oppoſitum unius particulę et caſus. Ex eo-

Digitized by Google

dem ſequitur quòd non eſt poſſibile quòd tu credas
præciſę teipſum decipi. probatur. nam ſi credis præci-
ſæ teipſum decipi, ergo deciperis, uel in credendo te- A
ipſum decipi, uel aliquid aliud non primum. quia teip-
ſum decipi eſt uerum. ergo aliquid aliud. & per conſe-
quens tu non credis præciſę teipſum decipi. Secun-
da regula erat iſta. Si alicuius ꝯñtiæ bonæ antecedens
eſt uerum. & conſequens eſt uerum. & ſi antecedens
eſt uerum & conſequens falſum. iſta conſequentia non
Contra ualet. Contra arguitur ſic. Poſſibile eſt quòd aliqua
ſecūdam conſequentia ſit bona. & antecedens ſit uerum et con-
regulam ſequens falſum. ergo regula falſa. conſequētia tenet, an- B
tecedens probatur. Et pono quòd iſta conſequentia, tu
es homo. ergo tu non es homo, conuertatur cum bona
conſequentia antecedente & conſequente ſignificanti-
bus ut prius. caſus eſt poſſibilis. quia conſequentia di-
ſtinguitur ab antecedēte & conſequēte ſimul ſumptis.
quia eiſdem ſuperaddit notam conſequentiæ. admiſſo
ergo caſu. iſta conſequentia eſt bona, tu es homo. ergo
tu non es homo. quia conuertitur cum bona cōſequen
tia & antecedens eſt uerum. & conſequēs falſum quia C
ſignificat omnimode ſicut prius ex caſu. ergo &c.

Ideo dicitur quòd argumentum uerbaliter procedit
contra regulas. Et non contra intellectum iſtarum in-
telligitur ſic namq; prima. ſi alicuius conſequentię bo
næ ſignificantis præciſę iuxta compoſitionem ſuarum
partium, antecedens eſt uerum, & conſequens falſum.
conſequentia non ualet, ſed iam in caſu. iſta conſequen
tia propoſita eſt bona non tamen ſignificat iuxta com
poſitionem ſuarum partium. quia ponitur ipſam con-
uerti cū bona conſequentia. antecedente & conſequen D
te ſignificantibus ut prius omnimode, ut ergo arguat
cōtra regulam, debet ſumi hoc antecedēs poſſibile eſt

quòd aliqua conſequētia ſit bona, ſignificās præciſę iu
A xta compoſitionem ſuarum partium. et quòd antece-
dens ſit uerum & conſequens falſum. Et hoc negatur
tanq; impoſſibile. Iſtum modum intelligendi de ſigni
ficatione partium & ſi non explicite. tñ implicite aſſe
rit quæcunq; regula conſequentiarum contra quarum
quælibet poteſt uerbaliter argui illo uel conſimili argu
mento, niſi gloſa prædicta cæterę regulæ uerificentur.

Tertia regula fuit iſta. Si alicuius conſequentię bonę
antecedens eſt neceſſarium, & conſequens ſimiliter eſt ne-
ceſſariū, ex qua inferebatur ꝙ ſi antecedēs eſt neceſſarium,
& conſequens eſt contingens. conſequentia non ualet. Contra
B Contra iſtas regulas arguitur ſic. aliqua conſequen tertiam
tia eſt bona. & antecedens eſt neceſſarium, & conſequens regulā.
contingens. ergo regulæ falſæ. conſequentia tenet. ante
cedens probatur. Nam iſta conſequētia eſt bona. deus
eſt. ergo hic eſt uera, deus eſt. et antecedens eſt neceſſarium.
& conſequens contingens. ergo &c. ꝙ antecedens ſit
neceſſarium manifeſtum eſt. et ꝙ conſequens ſit contingēs
probatur. Nam iſta, deus eſt, poteſt eſſe falſa. et ipſa eſt
uera. ergo ipſam eſſe ueram eſt contingens. conſequen-
C tia eſt nota cum minori. maior probatur. ex hoc ꝙ po
teſt cōuerti cum falſo. Ideo probatur principalem con-
ſequentiam eſſe bonam. quia ſi non. ſtet ergo oppoſitū
conſequentis cum antecedente. & arguitur ſic. hęc non
eſt uera. deus eſt. & ipſa ſignificat adęquatę deum eſſe.
ergo deum eſſe non eſt uerum, & per conſequens deus
non eſt, quod eſt oppoſitum alterius partis. Reſpon
detur quòd iſta conſequentia non ualet deus eſt. ergo
hæc eſt uera. deus eſt. niſi adderetur iſta minor & hæc
D deus eſt. ſignificat adęquatæ deum eſſe, quæ eſt contin
gens, & concedo quòd oppoſitum conſequentis ſtat
cum antecedente, tunc cum ponitur cum antecedente

Digitized by Google

admitto, & concedo iſtam, deus eſt & hæc non eſt ue-
ra: deus eſt. & tunc ad argumentum hæc non eſt uera, A
deus eſt. & ipſa adæquatæ ſignificat deum eſſe. ergo
deum eſſe non eſt uerum. nego minorem, quia repu-
gnat duobus conceſſis, ſequitur enim deus eſt, & hæc
non eſt uera, deus eſt. ergo ipſa non ſignificat adęqua-
tæ deum eſſe: unde in hoc argumento eſt obligatio, &
non apparet. cum enim dicitur. ſtet oppoſitum conſe-
quentis cum antecedente. hæc eſt una poſitio implici-
te, ac ſi dicerem, pono tibi iſtam, deus eſt. & hæc non
eſt uera, deus eſt, quæ admittenda eſt. & conſequenter
reſpondendum eſt, ut prius. Quarta regula fuit
iſta. Si alicuius conſequentiæ bonæ antecedens eſt B
poſſibile, & conſequens ſimiliter. Ex qua eſt illatum
quòd ſi alicuius conſequẽtiæ antecedens eſt poſſibile,
& conſequens impoſſibile. conſequẽtia iſta non ualet.

Contra quartã regulã.

Contra iſtas regulas arguitur ſic. iſta conſequentia
non eſt bona, omnis propoſitio eſt affirmatiua. ergo
nulla propoſitio eſt negatiua, antecedens eſt poſſibi-
le, & conſequens impoſſibile. ergo regulæ falſæ. conſe-
quentia tenet. & antecedens probatur pro prima par-
te. Nam oppoſitum conſequentis repugnat anteceden- C
ti. ergo conſequentia bona, antecedens patet. Nam iſta
repugnãt, omnis propoſitio ẽ affirmatiua & aliqua ꝓ-
poſitio eſt negatiua, quòd autem antecedens ſit poſſi-
bile. patet. quia poſſibile eſt quòd hæc tu es ſit omnis
propoſitio, ſed nunc probatur quòd conſequens ſit im
poſſibile. quia ipſum non poteſt eſſe uerum ſic ſignifi-
cãdo. probatur. nam ſi poſſet eſſe uerum, uel ergo ipſo
exiſtente, uel ipſo non exiſtente, non ipſo exiſtẽte. quia
ſi iſta propoſitio non eſſet, nulla propoſitio eſt negati D
ua, et ſic ipſa non eſſet uera nec falſa, nec etiam ipſa exi
ſtente, quia quamdiu iſta propoſitio eſt, aliqua propo-

ſitio negatiua eſt, et per conſequens ſemper falſum eſt,
A nullam negatiuam eſſe. Dicendum ꝙ iſta conſequen
tia eſt bona. Omnis ꝓpoſitio eſt affirmatiua, ergo nul
la eſt negatiua, & conſequens eſt poſſibile ſicut antece
dens, & tunc ad argumentum conſequens non poteſt
eſſe uerum ſic ſignificando. ergo ipſum eſt impoſſibi-
le. nego conſequẽtiam, unde multę propoſitiones ſunt
poſſibiles quæ non poſſunt eſſe uerę, ut omnis propoſi
tio eſt falſa, nulla propoſitio eſt uera, hoc ẽ falſum, hoc
non eſt uerum ſeipſo demonſtrato, ut determinatũ eſt
in materia inſolubilium. Etiam extra materiam inſo-
lubilium habent hæc dicta locum, ut hic non eſt deus
B eſt in mente aut hoc non eſt demonſtrãdo ſubiectum
eiuſdem propoſitionis ad cuius deſitionem deſineret
eſſe propoſitio illa, quælibet enim illarũ eſt poſſibilis
et nulla ipſarum ſic ſignificans poteſt eſſe uera. Quin
ta regula fuit iſta. Quicquid ſequitur ad antecedens ſe-
quitur ad conſequens. Ex qua inferebantur aliæ duæ.
Prima, quicquid antecedit ad antecedens, antecedit ad
conſequens. Secunda à primo ad ultimum quãdo om-
nes conſequentiæ intermediæ ſunt bonę & formales et
C non uariate, conſequentia eſt bona et formalis. Con

Contra quintã regu. 2. cap.

tra iſtas regulas arguitur ſic. aliqua eſt conſequẽtia bo
na. & aliquid ſequitur ad conſequens ipſius, quod non
ſequitur ad antecedẽs ipſius. ergo iſtę tres regulæ falſæ,
conſequentia tenet antecedens probatur. nam iſta con
ſequẽtia eſt bona quaternarius eſt. ergo binarius eſt. et
aliquid ſequitur ad conſequens, quod non ſequitur ad
añs. ergo &c. conſequentia tenet. quia contradictoriũ
conſequentis formaliter repugnat añti. minorem ꝓbo.
D Nam ſequiť binarius eſt. ergo eius medietas eſt ꝑciſe,
unitas, & tũ non ſequitur a primo ad ultimum. quater
narius ẽ, ergo medietas eius ꝑciſe eſt unitas, qa medie-

tas quaternarĳ non eſt unitas ſed binarius, ſimile argu
mentum fit, quadrupedale eſt, ergo bipedale eſt. bipe- A
dale eſt. ergo eius medietas eſt præciſe pedale. & tamē
non ſequitur quadrupedale eſt. ergo medietas eius eſt
præciſæ pedale. quia medietas quadrupedalis non eſt
pedale. ſed bipedale. Dicitur quòd regulæ iſtæ te-
nent extra materiam relatiuorum, & hoc propter mu-
tationem ſignificati ultimi conſequentis ratione rela-
tiui quod uariat ſignificatum ad uariationem antece-
dentis. unde aliud ſignificat iſta propoſitio illius me-
dietas eſt unitas coniuncta cum hac propoſitione, bi-
narius eſt, et aliud ſignificat cum iſta, quaternarius eſt.
Cum prima enim ſignificat quòd medietas binarĳ eſt B
unitas, quod eſt uerum. cum ſecunda ſignificat quòd
medietas quaternarĳ eſt unitas, quod eſt falſum. intelli
gitur ergo ſic prima regula. quicquid ſequitur ad con-
ſequens ſequitur ad antecedens manente prima ſigni-
ficatione. & quia ultimum conſequens ratione relati-
ui non poteſt retinere primam ſignificationem. ideo
non eſt mirum ſi non ſequitur ex primo antecedente.
loco ergo eius ponatur una propoſitio ſignificans idē
conuertibiliter ſic arguendo. quaternarius eſt, ergo bi- C
narius eſt. binarius eſt. ergo eius medietas eſt unitas.
ergo a primo ad ultimum quaternarius eſt. ergo me-
dietas binarĳ eſt unitas. & ita in ſecundo argumento
debuit inferri quadrupedale eſt. ergo medietas bipeda-
lis eſt pedale. & hoc eſt uerum, & regula uera. Sexta
regula fuit iſta. Si aliqua conſequentia eſt bona. & ali-
quid ſtat cum antecedente. Ex qua ſequitur alia, ſcili-
Contra cet quicquid repugnat conſequenti repugnat antece-
ſextam denti. Contra iſtas regulas arguitur ſic. Iſta conſe- D
regu. 2. quentia eſt bona, lignum corrumpebatur. ergo impoſ-
cap. ſibile eſt illud eſſe. & tamen hæc, animal eſt. ſtat cum
antecedente.

antecedente. et eadem non ſtat cum conſequente, ergo
A regulæ falſæ. conſequentia tenet. & antecedens, proba-
tur. Nam ꝙ illa conſequētia ſit bona. patet. quia quod
ſemel eſt corruptum amplius eſſe non poteſt. ꝙ autem
iſta, animal eſt. ſtet cum antecedente patet. quoniam
hæc ſimul ſtāt, lignum corrumpebatur & animal eſt.
quia quælibet illarum eſt uera. ſed iam probatur ꝙ il-
la, animal eſt non ſtat cum conſequente quia iſta copu
latiua eſt impoſſibilis, animal eſt, et impoſſibile eſt il-
lud eſſe. Reſpondetur, ꝙ iſta conſequentia eſt bona:
lignum corrumpebatur. ergo impoſſibile eſt illud eſſe.
& ſicut iſta, animal eſt, ſtat cum antecedente, ita ſtat
B cum conſequente. Et cum dicitur, iſta copulatiua eſt
impoſſibilis animal eſt, & impoſſibile eſt illud eſſe ue
rum eſt. ergo iſta, animal eſt. non ſtat cum conſequen-
te. nego conſequentiam. quia ſecunda pars huius copu-
latiuę non eſt conſequens primæ conſequentiæ. nec ſe-
cum conuertibile, quia relatiuum habet aliud & aliud
ſignificatum propter mutationem antecedentis. Et ſi
dicitur, quomodo ergo ſtat iſta animal eſt cum conſe-
quente, dicitur quòd non oportet coniungere ipſam co
C pulatiuę. ſed ſufficit ꝙ quælibet iſtarum ſit uera, unde
iſta ſtant ſimul, tu es homo. tu es albus, licet ex eis non
fiat copulatiua. & ſi opponens uelit omnino unam co
pulatiuam detur iſta, animal eſt & lignum corrumpe-
batur. & impoſſibile eſt illud eſſe, referendo ſemper ly
illud, ad ly lignum illa copulatiua eſt uera. ergo prima Contra
pars ſtat cum ultima. Septima regula fuit iſta. Si ali ſeptimā
qua conſequentia eſt bona, ſcita a te eſſe bona, & ante- regu. 2.
cedens eſt a te concedendum. conſequens eſt a te conce capituli.
D dendum. Ex qua inferebatur. quòd ſi antecedens eſt Contra
concedendum & conſequens negandum, non ualet 7. regu.
conſequentia. Contra iſtas regulas arguitur ſic. & 2. cap.

Digitized by Google

pono quòd iſtius conſequentiæ.homo currit,ergo riſi·
bile currit. antecedens ſit tibi poſitũ et a te admiſſum. A
conſequens uero ſit tibi depoſitum & a te admiſſum.
iſto poſito arguitur ſic. iſta conſequentia eſt bona, ſci·
ta a te eſſe bona.homo currit,ergo riſibile currit. quia
ſcis quòd arguitur ab uno conuertibili ad reliquum. et
antecedens eſt concedẽdum a te,quia tibi eſt poſitum
& a te admiſſum. & conſequens negandum. quia eſt
tibi depoſitum, & a te admiſſum. ergo regulæ falſæ.
Ideo dicitur admittendo caſum. & concedo ꝙ iſtius
conſequentiæ antecedens eſt concedendum, & conſe·
quens negandum propter argumentum factum.ſed ne
go, ꝙ iſta conſequentia ſit bona ſcita a me eſſe bona. B
quoniam ex duobus conceſſis ſequitur oppoſitum il·
lius.ſequitur enim antecedens eſt concedendum a te.et
conſequens negandum.ergo iſta conſequentia non eſt
ſcita a te eſſe bona. Vltima regula fuit iſta. Si aliqua
eſt conſequentia bona ſcita a te eſſe bona.& antecedẽs
eſt ſcitum a te. & conſequens eiuſdem eſt ſcitum a te.
Ex qua ſequebatur ꝙ ſi antecedens eſt ſcitum a te, &
conſequens non eſt ſcitum. non ſcitur conſequentiam C
Contra 8.regu. eſſe bonam. Cõtra illas regulas arguitur ſic.hęc con
ſequentia eſt ſcita a te eſſe bona.hoc eſt neſcitum a te.er
go hoc eſt neſcitum a te demonſtrando conſequens per
utrunq; hoc,antecedens eſt ſcitum a te & conſequens
non.ergo regulæ falſæ.conſequentia tenet. probat̃ pri·
ma pars antecedentis.nã tu ſcis ꝙ ibi arguitur ab uno
conuertibili ad reliquum.& ꝙ oppoſitum conſequen
tis repugnat antecedenti.ergo tu ſcis conſequentiam il
lam eſſe bonam ſecunda pars antecedentis probatur.
nam conſequens eſt neſcitum a te et antecedens ſcis ſi· D
gnificare adæquatę, ꝙ ipſum conſequens eſt neſcitũ a
te.ergo antecedens eſt ſcitum a te.et conſequens neſci·

tũ.patet conſequẽtia,nam uel conſequens eſt ſcitum a
A te,uel neſcitum.ſi eſt neſcitum habeo intentum. ſi ſci·
tum.& ipſum adæquatę ſignificat ꝙ hoc eſt neſcitum
a te demonſtrando idem conſequens.ergo illud conſe·
quẽs non eſt ſcitum a te. Rñdetur ꝙ iſta conſequẽtia
nõ ualet.hoc eſt neſcitum a te.ergo hoc eſt neſcitũ a te.
nec arguitur ab uno conuertibili ad reliquum. nec op·
poſitum conſequentis repugnat añti. quia añs non eſt
inſolubile.ſed conſequens eſt inſolubile ſignificans hy
potheticæ copulatiuæ,ꝙ hoc eſt neſcitũ a te. & ꝙ hoc
eſt ſcitum a te,cuius cõtradictorium non eſt illud. hoc
non eſt ſcitũ a te aut illud.hoc eſt ſcitum a te.ſed illud:
B non hoc eſt ſcitum a te,ſignificãs diſiunctiuę ꝙ hoc eſt
ſcitum a te,uel ꝙ non eſt ſcitum a te, quod eſt uerum
ratione ſecũdæ partis. Eodem modo dicitur ad rõnem
uel conſequẽtiam prædictam ſicut ad iſtam. hoc eſt fal
ſum. ergo hoc eſt fal ́um,demõſtrando conſequẽs ſem·
per,concedendo tales conſequentias. & dico eas non
ualere,quia conſequens eſt inſolubile falſum. et antece·
dens eſt propoſitio uera non inſolubilis. quare. &c.

Obiecta contra regulas cap. 3. Cap. 2.

C Regularum particularum prima erat iſta. Ab
inferiori ad ſuum ſuperius affirmatiue, & ſine
diſtributione, & ſine ſigno confuſionis impe·
diente eſt conſequentia bona. Contra iſtam regu· Contra
lam arguitur ſic,iſta conſequentia non ualet. tu es ap· primam
parens aſinus, ergo tu es aliqualis aſinus, & tamen regulam
arguitur per regulam. ergo regula falſa. conſequentia 3.cap. p̄.
patet cum minori. quia ly apparens. eſt terminus infe· tracta.
rior ad ly aliquale, maior patet, quia antecedens eſt
D poſſibile,et conſequens impoſſibile. Nam poſſibile eſt
ꝙ tu appareas aſinus. ſed non eſt poſſibile ꝙ tu ſis ali·
qualis aſinus. ſicut non eſt poſſibile quòd tu ſis aſinus.

Digitized by Google

Reſpondetur quòd non arguitur ſecundum intellectum regulæ qui eſt iſte. Ab inferiori ad ſuum ſuperius, ratione totius extremi ſine impedimento præcedente eſt bonum argumentum ſed non arguitur in propoſito ratione totius extremi ſed partis ſolummodo, quia ly apparens aſinus, non eſt terminus inferior ad ly aliqualis aſinus. ſed bene ad ly aliqualis apparens aſinus. ſicut ly apparens, ad li aliquale. unde bene ſequitur. tu es apparens. ergo tu es aliqualis. ita bene ſequitur. tu es apparens aſinus. ergo tu es aliqualis apparens aſinus. unde conſimiles conſequentiæ in cæteris non ualent. ut tu es pater ſor. ergo tu es aliquid ſor. tu es dominus pla. ergo tu es aliquid pla. Secunda regula erat iſta. Ab inferiori ad ſuum ſuperius diſtributiuę, non ualet argumentum. Contra iſtam regulam arguitur ſic iſta conſequentia eſt bona. nullus binarius eſt. ergo nullus numerus eſt. & arguitur per regulam. ergo regula falſa, tenet conſequentia cum maiori. quia oppoſitum conſequentis repugnat antecedenti, ſcilicet nullus binarius eſt, & aliquis numerus eſt: non enim datur aliquis numerus quin iſte ſit binarius: uel includens binarium. Eodem modo poteſt argui in ſimili. ut nulla propoſitio uera ſcitur. ergo nulla propoſitio ſcitur. conſequentia eſt bona quia oppoſitum conſequentis repugnat antecedenti, & tamen arguitur diſtributiuę ab inferiori ad ſuum ſuperius. quia ly propoſitio uera. eſt terminus inferior ad ly propoſitio. cum omnis propoſitio uera ſit propoſitio. & non econuerſo ſicut omnis binarius eſt numerus. & econuerſo. Ideo dicitur quòd regula non dicit nunquam ualere conſequentiam ab inferiori ad ſuum ſuperius diſtributiuę. ſed quòd plurimum non ualet formaliter, et nunquam prædictę conſequentiæ ſunt formales de forma. ſunt

Contra ſecũdam

A

B

Ç

D

enim formales, quia cuiuslibet earum oppoſitum conſequentis formaliter repugnat antecedenti. ſed nõ ſunt bone de forma. quia conſimiles in forma non ualent, quia non ſequitur nullus numerus trinarius eſt, ergo nullus numerus eſt, nec ſequitur. nulla propoſitio uera uidetur uel intelligitur, ergo nulla propoſitio uidetur uel intelligitur. Si ergo conſequentiæ iſtę bonę ſunt. hoc eſt ſolum gratia materiæ. unde prima eſt bona gratia materiæ, quia impoſſibile eſt numerum eſſe, et non eſſe binarium. ſecunda ſimiliter tenet gratia materiæ uel terminorum, quia nihil ſcitur niſi uerum, nec eſt poſſibile aliquam propoſitionem falſam ſciri. Tertia regula fuit iſta. Ab inferiori ad ſuum ſuperius negatione poſtpoſita, & cum debito medio, eſt bonum argumentum. Contra arguitur ſic. iſta conſequentia non ualet, ſciens propoſitionem non eſt aliquid demonſtrando iſtam. homo eſt aſinus. & iſta propoſitio eſt aliqua propoſitio. ergo ſciens aliquam propoſitionem, non eſt aliquid, & tamen arguitur per regulam. ergo regula falſa. conſequentia tenet cum minori, maior probatur. nam antecedens eſt uerum, & conſequẽs falſum. ergo iſta conſequentia non ualet. quòd antecedens ſit uerum patet pro ſecunda parte et pro prima ſimiliter. quia ſuum contradictorium eſt falſum, ſcilicet omne ſciens iſtam propoſitionem eſt aliquid. Reſpondetur, ꝙ iſta conſequentia non ualet nec arguitur cum debito medio. quia ſubiectum primę propoſitionis debuit eſſe ſubiectum ſecundæ, ſic arguendo. ſciens iſtam non eſt aliquid et ſciens iſtam eſt ſciens aliquam propoſitionem. ergo & cętera. & tunc concedo conſequentiam. ſed negatur minor. Notandum circa hãc regulam, quòd ſi argueretur ab inferiori ad ſuum ſuperius diſtributiuę negatione poſtpoſita. non argueretur

A

B

Contra tertiam

C

D

Notandum.

tur ſecūdum regulam. ut patet in exemplo iſto. omnis
homo non currit. omnis homo eſt animal. ergo omne A
animal non currit. intelligitur enim ſic regula ab infe-
riori ad ſuū ſuperius non diſtributum negatione poſt-
poſita. eſt bona conſequentia. Quarta regula erat
iſta. A ſuperiori ad ſuum inferius affirmatiue, & ſine
Contra quartam regulam
diſtributione, non ualet argumentum. Contra iſtam
regulam procedunt argumenta facta contra ſecundam
regulam præcedentem, arguendo ex oppoſito conſe-
quentis ad oppoſitum conſequentis. ut aliquis nume-
rus eſt. ergo binarius eſt. aliqua propoſitio ſcitur. ergo B
propoſitio uera ſcitur. ſed arguitur ſpecialiter ſic. iſta
conſequentia eſt bona. tu es animal. ergo tu es homo,
& tamen arguitur a ſuperiori ad ſuum inferius affirma
tiue ſine diſtributione. ergo &c. tenet conſequentia, et
añcedens probatur, quia ſequitur. tu es animal. ergo tu
es, a tertio adiacente ad ſecundum adiacens. tunc ultra.
tu es, ergo tu es tu. patet conſequentia. quia oppoſi-
tum conſequentis formaliter repugnat antecedenti, &
tunc ultra. tu es tu, ergo tu es homo. tenet conſequentia
per primam regulam. Ab inferiori ad ſuum ſuperius C
affirmatiue, & ſine impedimento. ergo a primo ad ul-
timum. ſequitur. tu es animal, ergo tu es homo. Ad
hoc dicitur ut prius ꝙ quælibet iſtarum conſequen-
tiarum eſt bona & formalis. non tamen arguitur con-
tra regulam implicite aſſerentem quòd nulla talis ſit
bona de forma. unde conſimiles in forma non tenent.
quia non ſequitur. aliquis numerus eſt. ergo trinarius
eſt, aliqua propoſitio intelligitur. ergo propoſitio uera
intelligitur, nec ſequitur. hoc eſt animal demonſtrādo
aſinum. ergo hoc eſt homo. Quinta regula fuit iſta. D
A ſuperiori ad ſuum inferius diſtributiuæ, affirmatiuæ
non ualet conſequētia niſi cum debito medio. Con-

tra arguitur ſic. iſta conſequentia eſt bona. omne ani-
Contra quintam regulam
A mal currit. ergo omnis homo currit. et tamen arguitur
a ſuperiori ad ſuum inferius diſtributiuæ affirmatiuæ
ſine debito medio. ergo regula falſa. conſequētia tenet
cum minori. maiorem probo. contradictorium conſe-
quentis repugnat antecedenti. ergo conſequentia bona
antecedens probatur. quoniam hæ repugnant. omne
animal currit. & homo non currit. quia ex ipſis ſequi-
tur impoſſibile, uidelicet homo. nō eſt animal, in quar
to modo ſecundæ figuræ. Dicendum ꝙ illa conſe-
B quentia eſt bona, nō quod formalis, nec de forma. Nō
formalis quia oppoſitum conſequentis eſt imaginabi
le cum antecedente abſq; cōtradictione. neq; etiam de
forma. quia aliqua ſibi conſimilis in forma non ualet.
ut omne animal currit. ergo quilibet homo currit, ſed
eſt bona materialis: ſeu gr̄a materiæ, quia impoſſibile
eſt hominem nō eſſe. tenet. n. ꝑ hoc medium nec̄ium.
omnis hō eſt animal. Similiter ſequitur gr̄a materiæ.
oē animal eſt, ergo omnis hō eſt quia ꝯñs eſt nec̄ium.
ſequitur ēt omnis hō eſt aſinus. ergo tu non es aſinus.
C quia añs eſt impoſſibile ſimpliciter, unde non eſt aliq̄
regula contra q̄ non procedit argm̄ gr̄a materiæ: aut
quia añs eſt impoſſibile: aut quia ꝯñs eſt nec̄ium. uel
gr̄a alicuius alterius medij nec̄arij, et ineuitabilis. ut in
prioribus ꝯñis dictum eſt. Sexta regula fuit iſta. A
ſuperiori ad ſuum inferius negatione præpoſita diſtri-
Contra ſextam regulam
buente ſupius eſt bonum argumentum. Contra iſtā
regulam arguitur ſic. iſta conſequentia non ualet. non
contingenter homo eſt animal. ergo non contingenter
tu es animal. & tñ arguitur ꝑ regulam. ergo regula fal
D ſa. cōſequētia tenet, et probaẗ prima pars antecedētis.
quia añs eſt uerū, conſequens falſum ut patet aſſignan
do ſuum contradictoriū. hęc. n. falſa eſt contingēter hō

Digitized by Google

eſt animal,& hæc eſt uera. contingenter tu es animal,
& ſecunda pars antecedentis probatur.nam ꝙ hic ar- A
guatur a ſuperiori ad ſuum inferius patet. & ꝙ nega-
tione diſtribuente manifeſtum eſt.quia remota nega-
tione ly homo,non ſtaret diſtributiue, ergo per aduen
tum eius ſtat diſtributiue.patet conſequẽtia per iſtam
regulam. Quicquid mobilitat immobilitatum im-
mobilitat mobilitatum. Reſpondetur quòd termi-
nus aliquando ſtat diſtributiue immobiliter, quan-
do ipſum non præcedit niſi unum ſignum diſtributi-
ue.ut omnis homo eſt. Aliquando ſtat diſtributiue im B
mobiliter,quando ipſum præcedunt duo ſigna, quo-
rum unum habet uim diſtribuendi: reliquum confun-
dendi confuſæ tantum immobiliter. quapropter dico
ꝙ non arguitur contra intellectum regulæ,qui eſt iſte.
A ſuperiori ad ſuum inferius negatione præpoſita di-
ſtributiue mobiliter eſt bona conſequentia.ſed iam in
propoſito non diſtribuitur ſuperius mobiliter propter
impedimentum iſtius termini,contingenter,quia non
licet deſcendere ut argumentum aperte oſtendit, pro-
pter eandem cauſam non ſequitur. tu non incipis eſſe C
coloratus.ergo tu non incipis eſſe albus. quia ex oppo
ſito non ſequitur oppoſitum, ut in capitulo inceptio-
nis patuit,& tamen arguitur diſtributiuæ negatiuæ.
Si ergo quæritur. quid impedit? dico quòd illud uer-
bum, incipit, quia immobilitat eundem terminum
quem diſtribuit præcedens negatio.

Obiecta contra regulas.4.ca. Cap. 3.

COntra regulas quarti capituli ſufficienter eſt ar
gumentum in materia inſolubilium, ſpecialio-
ribus tamen medijs arguo contra eaſdem, qua- D
rum prima fuit iſta. Ab uniuerſali ad ſuam particula-
rem indefinitam,uel ſubalternam,eſt bona conſequen

tia. Contra quam regulam arguitur ſic. Iſta conſe- Contra
A quentia non ualet. Incipit omne ens eſſe. ergo incipit primam
aliquod ens eſſe.& tamen arguitur per regulam. ergo regu.4.
regula falſa.tenet conſequentia,& prima pars antece cap.hu-
dentis probatur.nam antecedens eſt uerum,conſequẽs ius tertij
falſum.ergo conſequentia non ualet,quòd antecedens tracta.
ſit uerum.probatur.nam omne ens eſt & non imme-
diate ante inſtans quod eſt pręſens omne ens fuit:quia
nunquam inſtans præſens fuit.ergo incipit omne ens
eſſe.patet conſequentia ab exponentibus ad expoſitũ.
B ꝙ autem conſequens ſit falſum patet: quia nunc in in-
ſtanti præſenti aliquid eſt.& immediate ante inſtans
quod eſt pręſens aliquid fuit.et immediate poſt inſtãs
quod eſt pręſens aliquid erit.ergo falſum eſt ꝙ iam in-
cipiat aliquid eſſe,ſeu aliquod ens eſſe.quod idem eſt.
ſed ſecunda pars principalis antecedẽtis arguitur. nam
hæc eſt uniuerſalis.incipit omne ens eſſe.quia in ea ſu-
bijcitur terminus communis ſigno uniuerſali determi
natus diſtributiue. & hæc eſt ſua particularis, incipit
aliquod ens eſſe,qa in ea ſubijcitur terminus commu-
C nis ſigno particulari determinatus. ergo arguitur per
regulam. Dicendum breuiter:ꝙ non arguitur per re
gulam.quoniam nec antecedens nec conſequentia eſt
alicuius quantitatis, & tunc ad probationem. in iſta
propoſitione incipit omne ens eſſe.ſubijcitur terminus
cõmunis ſigno uniuerſali diſtributiue determinatus.
ergo eſt uniuerſalis,nego conſequentiam.et ſi allegare
tur regula dico ꝙ intelligitur de diſtributione mobi-
li,& non immobili,ſed iam ly ens diſtribuitur immo-
biliter.ppea ſic gloſeĩ regula. Propoſitio uniuerſalis
D eſt illa in qua ſubijcitur terminus communis ſigno uni
uerſali diſtributiue mobiliter determinatus exiſtente
aliquid ipſius,quod dico propter præiacẽs iſtius. om-

Digitized by Google

nis homo eſt animal in qua ſubijcitur terminus cōmu-
nis ſigno uniuerſali diſtributiuę mobiliter determina- A
tus, illud ſignum non eſt pars pręiacentis, licet ſit pars
uniuerſalis. De particulari autem non procedit argu-
mentum, quia in regula additur ſolo ſigno particulari
determinatus, ſed iam ultra ſignum determinatus ly
ens, hoc uerbo incipit. ex quo ſtat cōfuſæ tantum. Ideo
ſit hæc regula. Propoſitio particularis eſt illa in qua ſu
bijcitur terminus communis ſolo ſigno particulari de-
terminatus, exiſtēte aliquid iſtius, quod dico ſimiliter
propter pręiacens propoſitionis particularis. Secun B
da regula fuit iſta. A particulari, uel indefinita, ad ſuā
Contra ſecūdam regulam
uniuerſalem non ualet argumentum. Contra iſtam
regulam arguitur ſic, iſta conſequētia eſt bona animal
eſt homo. ergo omne animal eſt homo. & per conſe-
quens quælibet alia ualet ab indefinita ad ſuam uniuer
ſalem conſequentia tenet. antecedens probatur. hæc ꝓ-
poſitio. animal eſt homo. ſignificat omne animal eſſe
hominem ſed omnis propoſitio ſignificat quicquid ſe
quitur ad eam, igitur iſta conſequentia eſt bona, conſe
quentia tenet cum minori. quia eſt regula. maiorem C
probo. ſubiectum iſtius propoſitionis. animal eſt ho-
mo ſignificat oē animal: & prædicatum hominem. &
copula eſſe, & tota propoſitio ſignificat iuxta compo
ſitionem ſuorum terminorum. ergo iſta propoſitio ſi
gnificat oē animal eſſe hominem conſequentia patet.
quia iſto mō inueſtigatur ſignificatum propoſitionis.
Rn̄detur negando ſecundam conſequentiam, & ad
probationem concedo ꝙ iſta, animal eſt homo. ſignifi
cat omne animal eſſe hominem non adęquatę prima-
riæ neq; ſecundariæ, ſed aſſertiuę. & ad argumentum. D
nego iſtā conſequentiam. iſta propoſitio. animal eſt ho
mo. ſignificat oē animal eſſe hominē. et omnis propo-

ſitio ſignificat quicquid ſeqtur ad eam. ergo iſta conſe
A quētia eſt bona, quia licet omnis propoſitio ſignificet
quicquid ſequitur ad eam, non tamen quicquid propo
ſitio ſignificat, ſequitur ad eam. quia triplex eſt propo
ſitionis ſignificatum primarium & adęquatum quod
eſt ſimile orationi coniunctiuę uel infinitiuæ ſuæ. Se-
cundarium quod eſt ſignificatum primarium propo-
ſitionis ſequentis ad eam ſi non ſit ſecum ſynonyma,
et repreſentatiuum quod ex terminis ſuę cōpoſitionis
repreſentatur. iuxta quod ſolet magiſtralit̄ dici quòd
quælibet propoſitio mundi ſignificat infinitas falſita-
B tes. Veruntamen bene ſequitur, iſta animal ē homo. ſi-
gnificat adæquatæ. omne animal eſſe hominem. ergo
iſta conſequentia fuit bona. ſed negat̄ antecedens: quia
nulla propoſitio mūdi ſignificat adæquatæ oē animal
eſſe hominem, niſi aliqua talis. oē animal eſt hō. Ter
tia regula fuit iſta. Ab uniuerſali affirmatiua ad om-
nes ſuas ſingulares, tā collectiuæ ꝙ̄ diuiſiuæ ſumptas
eſt bonum argumentū, cum debito medio & econuer-
ſo collectiuę. Contra iſtam regulam arguit̄ ſic. iſta
Contra tertiam regulam
C conſequentia non ualet nec̄io omnis hō eſt animal. &
iſti ſunt oēs homines. ergo nec̄io iſte homo eſt animal.
& nec̄io iſte homo eſt animal. & ſic de ſingulis. & tn̄
arguitur ꝑ regulā. ergo regula falſa. conſequētia tenet
cum minori et maior patet ꝑ exponentes iſtius termi-
ni nec̄io. Ex eodem medio arguitur ꝙ non ualet argu
mentum ab uniuerſali ad ſuā ſingularem cum debi-
to medio. ſic arguendo. neceſſario omnis homo eſt. ſed
tu es homo. ergo neceſſario tu es. antecedēs. n. eſt uerū
conſequēs falſum. Ex eodē etiam fundamento arguit̄
D ꝙ non ualet argumentum a ſingularibus ſufficienter
enumeratis cum debito medio ad ſuum uniuerſalem.
quia non ſequit̄ contingēter iſte homo eſt. et cōtingen-

Digitized by Google

ter iſte homo eſt. & ſic de ſingulis,et iſti ſunt omnes ho mines. ergo contingẽter omnis homo eſt.patet per ex- A poſitionem iſtius termini contingenter, ꝙ antecedens eſt uerum conſequens falſum. & per conſequens conſe quentia non ualet. Ideo breuiter reſpondeo, & dico ꝙ nullo modo arguitur per regulam quia nulla iſtarũ eſt alicuius quãtitatis,ſcilicet neceſſario omnis homo eſt animal. contingenter omnis homo eſt animal. ne- ceſſario iſte hõ eſt animal. contingenter iſte homo eſt animal. primæ duę non ſunt uniuerſales. quia ipſarum ſubiecta immobiliter diſtribuuntur. aliæ duę non ſunt ſingulares. quia ſubijcitur terminus communis deter- B minatus nõ ſolummodo pro nomine demonſtratiuo: immo alio termino probabili, uidelicet termino mo- dali. Ideo ſic intelligitur diffinitio propoſitionis ſingu laris. Propoſitio ſingularis eſt illa in qua ſubijcitur ter minus diſcretus,aut terminus communis cum prono- mine demonſtratiuo,nullo ſigno probabili præceden- te. Ex qua diffinitione ſequitur, ꝙ ſi pronomen plura lis numeri eſt terminus diſcretus iſta non eſt ſingula- ris. omnes iſti currunt,qu a ſubijcitur terminus com- C munis ſigno probabili præcedente. Quarta regula fuit iſta. Ab uniuerſali negatiua ad quamlibet ſuarum ſingularium eſt bonum argumentum. Contra ar- guitur ſic, iſta conſequentia non ualet. nulla chimera quæ currit mouetur. ergo iſta chimera quæ currit non mouetur. & tamen arguitur per regulam. ergo regula falſa. conſequentia tenet cum minori. maior probatur. antecedens enim eſt uerum,ut patet, & conſequens fal ſum. ergo conſequentia non ualet, ꝙ conſequens ſit fal ſum probatur. nam ſequitur iſta chimera quę currit nõ D mouetur. ergo iſta chimera currit, et illa mouetur,ꝯña tenet. quia relatiuũ reſoluitur in, &, & ille, illa, illud.

Contra quartã regulam

ſed conſequens eſt falſum. quia eſt una copulatiua affir A matiua cuius prima pars eſt falſa. ergo antecedens eſt falſum. quod erat probandum. Reſpondetur conce- dendo conſequentiam prædictam. & cum dicitur. an- tecedens ẽ uerum, & conſequens falſum. nego ꝙ conſe quens ſit falſum, quia ſuum contradictoriũ eſt falſum, ſcilicet iſta chimera quæ currit mouetur. Et tunc ad ꝓ- bationem falſitatis, nego iſtam conſequẽtiam. iſta chi mera quæ currit non mouetur. ergo iſta chimera currit & iſta non mouetur. & tunc ad regulã relatiuum, qui, quę, quod, reſoluitur in coniunctionem copulatiuam. & pronomen demonſtratiuum. uerum eſt in affirmati B uis, ſed non in negatiuis propterea bene ſequitur. iſta chimera quæ currit mouetur, ergo iſta chimera currit. & ipſa mouetur. quia ergo ly quæ, in affirmatiua reſol uitur in coniunctionem copulatiuam, & pronomen demonſtratiuum. ideo in negatiua contradictoria de- bet reſolui in coniunctionem diſiunctiuam & prono- men demonſtratiuum. ſic dicendo. iſta chimera currit uel ipſa non mouetur. quia quicquid ſignificat unum contradictorium copulatiuę ſignificat aliud diſiuncti C uę. Notandum circa iſtam regulam. ꝙ ſi ſubiectum ſingularis ſupponit pro aliquo pro quo non ſupponit ſubiectum uniuerſalis arguendo, tunc ab uniuerſali ad ſuam ſingularem non arguitur per regulam, quia iſta non eſt eius ſingularis. uer. gratia. nullus homo currit. ergo iſta homo non currit. nulla homo eſt aliqis homo. ergo iſte homo non eſt aliquis homo. Prima enim ſin- gularis non eſt ſingularis. huius nullus homo currit. ſed illius. nulla homo currit. Secũda ſingularis non eſt D iſtius, nulla homo ẽ aliquis homo ſed iſtius. nullus ho- mo eſt aliquis homo. Quinta regula fuit iſta. A par- ticulari ad ſuam indefinitam et ecõuerſo, tam affirma-

Digitized by Google

Contra quintam regulam

ctiuæ quàm negatiuę eſt bona conſequentia. Contra
iſtam regulam arguitur ſic. iſta conſequentia non ua- A
let. animal eſt genus. ergo aliquod animal eſt genus,
tamen arguitur per regulam . ergo regula falſa. conſe-
quentia tenet, antecedens probatur. nam antecedés eſt
uerum. ut patet. & conſequens falſum. ergo conſequen
tia non ualet. q conſequens ſit falſum probatur. quia
ſuum contradictorium eſt uerum. vʒ. nullum animal eſt
genus, quia nec hoc animal ē genus nec hoc animal eſt
genus. & ſic de ſingulis ergo etc. ſecunda pars pbatur.
vʒ q arguitur p regulã. quia animal ſtat utrobiqʒ ma-
terialiter. probatur. nã ſi in aliqua iſtarũ ſtaret pſonali-
ter, hoc eſſet pp limitationem iſtius ſigni, aliqđ. ſed il- B
lud ſignum aliqđ in alijs nõ limitat ad ſuppoſitionem
pſonalem ergo nec in iſta. ꝯña tenet cum maiori, mi-
norē probo nam in qualibet iſtarũ aliquod hõ eſt ſpẽs.
aliquod hõ eſt nomen. ſupponit ly hõ, materialiter. er-
go et in iſta. aliqđ animal eſt genus. patet ꝯña. quia ſi-
cut ly animal. eſt neutri generis, ita ly hõ . materialiter
ſumptum Rñdetur q non arguitur p regulam. quia
in iſta aliqđ animal eſt genus ly animal, ſupponit pſo
naliter pp limitationem ſigni particularis. & cum dr̄ C
in iſta aliquod hõ eſt ſpẽs: non limitat ad ſuppoſitio-
nem pſonalem ergo nec in iſta non ualet argumẽtum.
quia ly homo, pſonaliter ſumptum nõ eſt neutri gene-
ris. & ly aliquod eſt neutri generis. ideo ſibi additum
non poteſt limitare ad ſuppoſitionem pſonalem, ſicut
ſi adderetur aliquod ſignum eiuſdem generis. ut aliqs
hõ eſt ſpecies. aliqua hõ non eſt nomen. ſed ly animal,
pſonaliter ſumptum eſt neutri generis, Ideo ſibi addi-
tum ſignum neutri generis limitat ipſum ad ſuppoſi- D
tionem pſonalē, dicendo: aliqđ animal eſt genus. aut
nullũ animal eſt genus. Si ergo quęrit̄ indefinita iſtius

particularis. aliquod animal eſt genus q eſt: dicatur, q
A eſt iſta. animal uiuens eſt genus: et iſtius indefinitę ani
mal eſt genus. hic eſt particularis, aliqđ ly animal eſt
genus. Notandum eſt q oportet q termini ſuppo Notandum.
nant præciſę pro eodem, quare iſtius hõ currit, non eſt
hic particularis. aliquis homo currit ſed ē iſta. aliquod
quod eſt hõ currit. et iſti. aliquis homo currit. eſt hic in-
definita. hõ maſculus currit. & ita proportionabiliter
in negatiua dicatur. Sexta regula fuit iſta. A particu
lari uel indefinita ad omnes ſuas ſingulares diuiſiue
ſumptas cum debito medio, eſt bonum argumentum.

Contra iſtam regulam arguitur ſic, iſta conſequen- Contra ſextam regulam.
B tia non ualet. neceſſario homo eſt, & iſti ſunt omnes
homines, ergo neceſſario iſte homo eſt , uel neceſſario
iſte homo eſt. & ſic de ſingulis. & tamen arguitur per
regulam, ergo regula fa ſa. conſequentia tenet cum ma
iori. quia antecedens eſt uerum, & conſequens falſum.
minor probatur. nam iſta neceſſario homo eſt. eſt pro-
poſitio & non hypothetica. ergo categorica, et p con-
ſequens quanta. cum ergo non ſit uniuerſalis, particu-
laris, uel ſingularis. ergo eſt indefinita cuius ſingula-
C res non uidentur eſſe alię quàm prædictę. Ideo dici-
tur, q non arguitur p regulam, quoniam iſta non eſt
indefinita, neceſſario homo eſt animal ex quo ſubijci-
tur terminus communis mediante ſigno. & tunc ad ar
gumentum. iſta eſt categorica. ergo quanta, nego con-
ſequentiã. Et ſi aliquis quoad hoc allegaretur proban-
do iſtam conſequentiam eſſe bonam, reſpõdeo q ego
ſimiliter aſſerui oppoſitum. quare &c.

Obiecta contra regulas. 5. cap. huius ter-
tij tracta. Cap. 4.

D QVintum capitulũ quaſdã regulas pponebat:
quarũ prima fuit iſta. Ab excluſiua ad ſuam

Digitized by Google

uniuerſalem de terminis tranſpoſitis,& econuerſo, eſt bona conſequentia.

Contra primas regul im 5.cap.

Contra iſtam regulam arguitur A ſic.iſta conſequentia non ualet. tantum aſinus eſt hominis.ergo cuiuslibet hominis aſinus,& arguitur per regulam.ergo regula falſa.tenet conſequentia cum minori.maior probatur.ponendo ꝙ non ſit aliqua poſſeſſio hominis niſi aſinus,tamen ſit aliquis homo qui nõ habeat aſinum in poſſeſſione. iſto poſito conſequens eſt falſum ut patet,et antecedẽs eſt uerum. quia aſinus eſt hominis.& nihil non aſinus eſt hominis.ergo &c.

Secundo arguitur contra ſecundam partem regulæ ſic.iſta conſequentia non ualet.cuiuslibet hominis eſt aſinus.ergo tãtum aſinus eſt hominis.& tamen argui B tur per regulã.ergo regula falſa.conſequentia tenet cũ minori:maior probatur:ponẽdo ꝙ quilibet homo habeat aſinum & equum. quo poſito antecedeus eſt uerum per caſum. & conſequens falſum. nam aliquid non aſinus eſt hominis,ergo non tantum aſinus eſt hominis.tenet conſequẽtia ab una cauſa ueritatis ad propoſitionem habentem illam. Ad primum dicitur ꝙ non arguitur per regulam.quia iſta non eſt uniuerſalis iſtius excluſiuę:ſed iſta.omne ens hominis eſt aſinus. C & ratio:quia in iſta,tantum aſinus eſt hominis non diſtribuit ly hominis. pro omni homine. ſed ſolum pro homine habente aliquid. Ad ſecundum dicitur ſimiliter ꝙ iſta non eſt excluſiua iſtius uniuerſalis. ſed iſta tantum habens aſinum eſt homo.quia iſta propoſitio, cuiuslibet hominis eſt aſinus,æquiualet iſti. omnis homo eſt habens aſinum.uerũtamen quia paucas et groſſas habentes conſiderationes,ut ſe expedirent dicerent regulas iſtas in obliquis non tenere. Ideo in recto ar D guam.primo contra primam.iſta conſequẽtia non ualet,tantum ens neceſſario eſt ſubſtantia.ergo omnis ſubſtantia

ſubſtantia neceſſario eſt ens.& tamen arguitur per regulã, A ergo regula falſa. conſequentia tenet cum minori & maior probatur. nam antecedẽs eſt uerum, conſequẽs falſum ut patet per exponentes.ergo conſequentia non ualet. Secundo arguitur contra ſecundam regulam. iſta conſequentia non ualet, omnes apoſtoli dei ſunt duodecim.ergo tantum duodecim ſunt apoſtoli dei: tenendo ly omnes collectiuę. ergo regula falſa . conſequentia tenet.& antecedens probatur, antecedens.n. eſt uerum.& ſupponitur.& conſequẽs falſum. quia ſecunda exponens eſt falſa. ſcilicet nulla non duodecim ſunt apoſtoli dei. quia Petrus & Paulus ſunt apoſtoli B dei.& Petrus et Paulus ſunt aliqua non duodecim. ergo aliqua non duodecim ſunt apoſtoli dei. Ad primum dr̃. ꝙ iſta non eſt uniuerſalis iſtius excluſiuę.ſed iſta.omne ens neceſſario ſubſtantia. eſt ens,quia ſicut in excluſiua ly neceſſario,non determinauit iſtum terminum ens,ſed ſolum ly ſubſtantia , ita in uniuerſali debet eſſe. Ad ſecundum dicitur quòd quando ly omnes,tenetur collectiuę,ſua excluſiua non exponitur per negationem infinitantem.ſed per notam pluralita C tis.iſto modo,duodecim ſunt apoſtoli dei: et non plures quàm duodecim:& iſta eſt uera,& excluſiua ſimiliter.quando autem ly omnes,tenetur diuiſiuę & tũc eidem correſpondet dicta excluſiui exponibilis per negationem infinitantem,& tunc tam uniuerſalis quàm excluſiua eſſet impoſſibilis, propter implicationem contradictionis ſuarum exponentium. Secunda regula fuit iſta. Ab exceptiua negatiua ad ſuam excluſiuam affirmatiuam eſt bona conſequentia.

Contra ſecundã regulas.

Contra D iſtam regulam arguitur ſic,iſta conſequentia non ualet,nullus homo præter ſor. currit. ergo tantum ſor. currit.& arguitur per regulam. ergo regula falſa. conſe

quentia tenet cum minori.quia non uidetur alia exclu-
ſiua aſſignari.& maior probať.quia caſu poſſibili po- A
ſito.eſt antecedens uerum,& conſequens falſum.pro-
batur.& pono ꝙ ſor.currat,& nullus alius maſculus.
tamen multę mulieres,iſto poſito antecedens eſt uera
per exponentes.& conſequēs falſum.quia aliquid non
ſor.currit.ergo non tantum ſor.currit. Reſpondetur
ꝙ iſta excluſiua non eſt illius exceptiuę.ſed iſta, tantū
ſor.eſt aliquis homo currens ſecundum quòd paruit in
probationibus terminorum.cap.de exceptiuis,ubi hic
regula declaratur. Tertia regula fuit iſta. Ab infe-
riori ad ſuum ſuperius a parte ſubiecti,dictione exclu-
ſiua addita eiſdem, eſt bona conſequentia. Contra B

Contra tertiam regulam

quam regulam arguitur ſic. iſta conſequentia non eſt
bona,tantum ſubſtantia non eſt accidens.ergo tātum
aliquid non eſt accidens.et tamen arguitur p regulam,
ergo regula falſa. conſequētia tenet cum ſecunda parte
antecedentis.& probatur prima.nā antecedens eſt ue-
rum.& conſequens falſum.ergo conſequentia non ua-
let,ꝙ añs ſit uerum. probatur.quia ſubſtantia non eſt
accidens.& quodlibet non ſubſtantia eſt accñs. ergo C
tm̄ ſubſtantia nō eſt accidens,ꝙ conſequēs ſit falſum.
patet.quia ſecūda exponens eſt impoſſibilis.ſ.qūlibet
non aliquid eſt accidens. quia prima exponens huius
eſt impoſſibilis.ſ. aliquid non aliquid eſt accidens. ut
bene patet p ſuas reſoluentes. Ideo dicitur ꝙ non ar-
guitur per regulam.neq; arguitur ab inferiori ad ſuum
ſuperius.quia primitus eſt declaratū ꝙ terminus tran-
ſcēdens nō eſt ſuperius,nec inferior ad aliquid. ex quo
non eſt in prædicamento,niſi improprie ſumendo ſu-
perius pro priori aut communiori, qualiter non acci- D
pit regula contra quam eſt argutum. Aliter tamen
dicitur et melius,quòd regula intelligitur affirmatiuę,

non negatiuę.unde non ſequitur tantum corpus nō eſt
A indiuiſibile. ergo tm̄ ſubſtantia non eſt indiuiſibilis.
antecedens.n.eſt uerum,quia corpus non eſt indiuiſi-
bile,& quod licet non corpus eſt indiuiſibile.& tamē
conſequens eſt falſum pp ſecundam exponentem fal-
ſam.ſ.quodlibet non ſubſtātia eſt indiuiſibile.nā albe-
do in pariete eſt non ſubſtantia,& tamen non eſt indi-
uiſibilis.qa eſt extenſa ad extenſionē parietis. Quar
ta regula fuit iſta. Ab inferiori ad ſuum ſuperius a par-
te prędicati dictione excluſiua addita ſubiectis non ua
let conſequentia, ſed econuerſo cum debito medio.

Contra quartas regulam

Contra quam arguitur ſic.uniuerſaliter ſequitur ali
B quid tantum homo eſt animal. aliquid tm̄ ſor. eſt ho-
mo.ergo aliquid tantum ſor.eſt animal,quia oppoſitū
conſequentis non ſtat cum añte.et tamen arguitur per
regulam.ergo regula falſa.conſequentia tenet cū mino
ri quia dictio excluſiua additur in iſta propoſitione. Et
non copulę,nec prędicato.ergo ſubiecto. Secūdo ar-
guo ꝙ econuerſo.non ualet argumentum,cum debito
medio,qa non ſequitur.tm̄ homo eſt riſibilis. antichri
ſtus eſt riſibilis.ergo tantum homo eſt antichr̄s.& ta-
C men arguitur p regulam.ergo regula falſa. tenet conſe-
quentia cum minori. & maior probatur. nam añs eſt
uerum.et conſequens falſum. ergo conſequentia nō ua
let. ꝙ autem conſequens ſit falſum , manifeſtum eſt.
ſed probatur antecedens.nam omne riſibile eſt homo.
ergo tantum homo eſt riſibilis.tenet conſequentia ab
uniuerſali ad ſuam excluſiuam.ſecunda uero pars pro-
batur. nam antichriſtus poteſt ridere . ergo anti-
chriſtus eſt riſibilis . patet conſequentia ab uno con-
D uertibili ad reliquum. Ad primam rationem di-
co quòd dictio excluſiua non additur ſubiecto, ſed
parti ſolummodo. quia ex ipſa & alio termino ſit

Digitized by Google

unum ſubiectum, ſed bene additur ſubiecto di-
cendo, tantum homo currit. quia ly homo, eſt ſubie- A
ctum, & nō pars ſubiecti. negatur ergo iſta conſequen-
tia. dictio excluſiua ponitur in illa propoſitione. et nō
additur copulæ neq; prædicato. ergo additur ſubiecto
ſufficit enim ꝙ addatur parti ſubiecti uel prædicati.

Ad ſecundam rationem dicitur ꝙ ly riſibile, dupli-
citer ſumitur. ſ. ampliatiuæ & non ampliatiuæ. primo
modo non conuertitur cum ly homo, ſed ſecundo mo-
do ſumēdo. ergo primo modo tam in minori quàm in
maiori negatur conſequentia, quia in antecedente am-
pliatur tam ly homo, ꝙ ly antichriſtus, & non in con
ſequente. ideo bene ſequitur. ergo tantum homo poteſt B
eſſe antichriſtus. Si autem ſumatur ſecundo modo. con
cedo maiorem: cui correſpondet dicta uniuerſalis &
nego minorem: & tunc ad argumentum. antichriſtus
poteſt ridere. ergo antichriſtus eſt riſibilis, non ualet
argumentum. nec arguitur ab uno conuertibili ad re-
liquum. quia dictum eſt ꝙ ly riſibile, non tenetur am-
pliatiuę. Contra alias tres regulas non arguo. quia ex
prioribus ſolummodo inferuntur. quare &c. C

Obiecta contra regulas. 6. ca. Cap. 5.

Pertinentium atq; impertinentium terminorum
prima regula fuit iſta. Ab affirmatiua unius di-
ſperati ad negatiuam alterius, eſt bona cōſequen-
Contra primam regu. 6. capi. h⁹ ꝑ tract.
tia. Contra quam arguitur ſic. iſta conſequentia non
ualet, brunellus eſt aſinus. ergo brunellus non eſt riſi-
bilis. & tamen arguitur per regulam. ergo regula falſa.
conſequentia tenet cum minori, quia aſinus et riſibile,
ſunt termini diſperati ſicut homo, & aſinus. probatur
maior. nam antecedēs eſt uerum, et conſequēs falſum. D
ergo &c. probatur. & facio iſtam ꝯñam, brunellus eſt
hominis. ergo brunellus eſt riſibilis. ꝯña tenet ab uno

conuertibili ad reliquum añs eſt uerum. ut ſuppono.
A ergo & conſequens. ſed conſequens eſt contradictoriū
primi conſequētis. ergo principale conſequens eſt fal-
ſum, quod erat probandū. Dr̄ dubitando iſtam con
ſequētiam, brunellus eſt aſinus. ergo brunellus non eſt
riſibilis. quia dubitatur qualiter teneatur ly riſibilis,
nunquid in nominatiuo caſu, an in genitiuo? Si primo
modo conceditur conſequentia. & conſequens. & tūc
ad probationem nego illam conſequentiam, brunellus
eſt hominis. ergo brunellus eſt riſibilis. q̄a licet ly ho-
B mo, & ly riſibile, conuertantur ac etiam hominis, et ri
ſibilis, in obliquo, non tamen hic q̄m difformiter ſu-
mūtur. unum. ſ. in recto, alterum in obliquo. Si autem
ſumitur ly riſibilis, in genitiuo caſu, nego illam conſe-
quentiam, brunellus eſt aſinus. ergo brunellus non eſt
riſibilis, quia non arguitur ꝑ regulam: licet. n. aſinus et
riſibile, ſint termini diſperati non tñ aſinus & riſibilis
in obliquo. Ideo concedo, iſta duo ſtare ſimul quilibet
aſinus eſt riſibilis, nullus aſinus eſt riſibilis, tenēdo ly
riſibilis in prima in genitiuo, et in ſecunda in nomina-
C tiuo, nec ſunt contraria, uel alterius oppoſitionis. Se
cunda regula fuit iſta. Quandocunq; ſunt duæ propo-
ſitiones, quarum ſubſtantia conuertuntur atq; prædi-
cata, manente conſimili denominatione, ab una ad re-
liquam eſt bona conſequentia. Contra iſtam regu- Contra ſecūdam regulam
lam arguitur ſic. Iſta conſequentia non ualet, quilibet
homo eſt unus homo. ergo omnis homo eſt unus ho-
mo. & tñ arguitur ꝑ regulam, ergo regula falſa. conſe-
quentia tenet cum minori. quia prædicata & ſubiecta
conuertuntur manente conſimili denominatione, pri-
D ma pars añtis probatur. ex eo ꝙ añs ſit uerū. ut patet
ꝑ exponentes. & conſequens eſt falſum. quia aliq̄d eſt
hō, quod non eſt unus hō. Rñdetur ꝙ ſubſtātia non

Digitized by Google

cōuertuntur licet ſint ſimilia. non. n. ſequitur ly homo,
A et ly homo, conuertuntur. ergo ſubſtantia conuertunt,
quia licet ly homo, & ly homo, conuertantur etiam ly
homo & ly hō, non conuertuntur. unde ſubiecta iſtarum
non conuertuntur. hō currit. & hō eſt ſpecies, non ob-
ſtante ꝙ ſint ſimilia. quia ly homo, in prima ſupponit
perſonaliter. in ſecunda materialiter, ita in ꝓpoſito ſub
ſtantia iſtarum non conuertuntur. quilibet homo eſt
unus homo, omnis homo ē unus homo. quia licet ſint
ſimilia & perſonaliter ſupponant, non tamen ſuppo-
B nunt præciſæ pro eiſdem. ſed in prima pro maſculino
ſexu ſolummō, in ſecunda pro utroq; ſexu. ſed tūc con
uertuntur ly homo, & ly homo, quando ſupponunt
eodem modo & præciſæ pro eiſdem, ut omnis homo
eſt rationalis, & omnis homo eſt riſibilis. eodem mo-
do dicitur de ly homo, & ly riſibile, quia aliquando
conuertuntur, aliquando non. Tertia regula fuit iſta.
Ab uno conuertibili ad reliquum eſt bona conſequen
Contra tertiam regulam — tia. Contra quam arguitur ſic. Iſta conſequentia
non ualet. ſor. ſcis eſſe hominem. ergo ſor. ſcis eſſe riſi-
C bilem, & tamen arguitur per regulam. ergo regula fal-
ſa. conſequentia tenet cum minori. quia homo & riſibi
lis conuertuntur. maior probatur. nam caſu poſſibili
poſito. antecedens eſt uerum & conſequens falſum. er-
go conſequentia non ualet, antecedens probo. et pono
ꝙ ſcias ſor. eſſe hominem. neſcias tamen quæ ſit pro-
pria paſſio hominis: ſed credas ꝙ riſibile ſi propria paſ
ſio aſini. iſto poſito antecedens eſt uerum, & conſe-
quens falſum, quia ſor. credis firmiter non eſſe riſibi-
lem. ſicut credis ipſum non eſſe aſinum. ergo ſor. non
D ſcis eſſe riſibilem. Ideo dicitur, quòd ab uno conuer
tibili ad reliquum. ratione totius extremi, eſt bonum
argumentum, ratione autem partis fallit conſequen-

tia ſicut in propoſito. quia ly hominem, & ly riſibi-
A lem, non ſunt prædicata. ſed iſta, ſciens eſſe hominem,
& ſciens eſſe riſibilem, quæ inuicem non conuertun-
tur. exemplum patet in aliis terminis. unde contradi-
ctorij contradictorium, & contradictorium inuicem
conuertuntur. quia ſi contradictorium eſt uerum uel
falſum. tunc contradictorium contradictorij eſt huiuſ-
modi. & tamen non ſequitur contradictorium. a. eſt
uerum. ergo contradictorium contradictorij. a. eſt ue-
rum poſito ꝙ omne a. ſit iſta, homo eſt aſinus, tunc eſt
B antecedens uerum & conſequens falſum. Si enim con-
tradictoriū contradictorij. a. eſt uerū, omne. a. eſt con-
tradictorium contradictorij. a. ergo. a. eſt uerum. quod
eſt falſum. Defectus ergo ſtat in hoc. quia non argui-
tur ratione totius extremi. ſed ratione partis. licet enim
contradictorium & contradictorium contradictorij
conuertantur. non tamen contradictorium. a. et cōtra-
dictorium contradictorij. a. Quarta regula fuit iſta.
Ab uno correlatiuorum ad reliquum propoſitionibus
exiſtentibus de ſecundo adiacente eſt bonum argu- Contra quartam regulam
C mentum. Contra quam ſic arguitur. Iſta conſequen
tia non ualet: pater eſt. ergo filius eſt, & tamē arguitur
per regulam. ergo regula falſa, tenet conſequentia cum
minori, & maiorem probo. Nam caſu poſſibili poſito
añs eſt uerum, & conſequens falſum. ergo conſequētia
non ualet. añs probatur. Nam dato ꝙ eis pater habeat
filiam, & non filium, tunc eſt antecedens uerum et cō-
ſequens falſum. Dicendum ꝙ non arguitur ꝑ regulā.
quia pater & filius non ſunt correlatiua: ſicut nec mr̄
et filia: ſtat. n. patrē eſſe & non habere filium ſicut ſtat
D matrem eſſe, & non habere filiam: ſed iſta diſiunctiua
ſunt correlatiua, uidelicet pater uel mat. filius uel filia.
Quinta regula fuit iſta. A termino priuato ad termi-

Digitized by Google

Contra quintaȝ regulam

num infinitum ,eſt bona conſequentia. Contra iſtā regulam arguitur ſic. Iſta conſeqnentia non ualet. a. fuit infinitum ergo: a. fuit non finitum, & tamen arguitur per regulam. ergo regula falſa. conſequentia tenet cum minori, maiorem probo, ponendo q̧. a. fuit totum tēpus infinitum pr̨eteritum terminatum ad primum inſtans horæ præteritæ, iſto poſito. a. fuit infinitum. quia a parte ante, & tamen fuit finitum a parte poſt. ergo falſum eſt q̧ fuit non finitum. quia ex iſto conſequente ſequitur q̧ non fuit finitum Eodem modo arguitur. linea eſt indiuiſibilis. ergo linea eſt non diuiſibilis. non ſequitur. quia antecedens eſt uerum. ut patet. quia non latitudinem neq; profunditatem habet. & tamen conſequēs eſt falſum, quia linea eſt diuiſibilis ſm longitudinem. Dicendum q̧ infinitum, & indiuiſibile non ſunt termini priuatiui, quia non dicunt defectum ut patet, quia conueniunt deo. quare non mirum ſi nulla illarum conſequentiarum ualet, quia non arguitur p regulam. ſed bene arguitur per regulam iſto modo, tu es iniuſtus. ergo tu es non iuſtus, ſor. eſt cæcus. ergo ſor. eſt non uidens, quia cæcus, & iniuſtus, ſunt termini priuatiui dicentes defectum in illis quibus conueniunt.

Contra ſextam regulam

Sexta regula fuit iſta. Ab affirmatiua de prædicato infinito ad negatiuam de prædicato finito, eſt bonum argumentum. Contra quam arguitur ſic. Iſta conſequentia non ualet, tu fuiſti non albus. ergo tu nō fuiſti albus. tamen arguitur p regulam. ergo regula falſa. tenet conſequentia cum minori. & maiorem probo. nā caſu poſſibili poſito. antecedens eſt uerū & conſequēs falſum. ergo conſequentia non ualet. añs probatur. & pono q̧ heri fueris albus. & pridie niger. iſto poſito antecedens eſt uerum, quia q̄ncunq; fuiſti niger, fuiſti nō albus. et conſequens falſum quia ſuum contradictoriū

poſitum eſt in caſu. Rñdetur q̧ non bene infert propoſitio negatiua de prædicato finito. deberet ergo ſic argui. tu fuiſti non albus. ergo aliquando tu fuiſti non albus. tu eris non currens. ergo aliquando tu non eris currens. Notandum q̧ in terminis obliquis non tenet regula dicta. unde non ſequitur, aſinus eſt non ſor. ergo aſinus non eſt ſor. poſito q̧ omnis aſinus ſit tam ſor. q̄ꝫ pla. tunc eſt añs uerum: & conſeq̄uens falſum. Similiter non ſequitur, ſor. eſt non aſinus. ergo ſor. nō eſt aſinus. Septima regula erat iſta. A negatiua de prædicato finito, cum debito medio ad affirmatiuā de pr̨edicato infinito, eſt bona conſequētia. Contra iſtam regulam arguitur ſic. iſta conſequentia non ualet. a. nō eſt uerum: cuius contradictoriū eſt falſum. & . a. eſt. ergo. a. eſt uerum: cuius contradictorium eſt falſum. et tamen arguitur per regulam. ergo regula falſa cōſequentia tenet cum minori: & maiorem probo, dato q̧. a. ſit iſta hō eſt aſinus. antecedens eſt uerum, & conſequens falſum. ergo conſequentia non ualet. q̧ antecedens ſit uerum probatur. ſecunda pars eſt uera, ut patet. & prima ſimiliter quia ſuum cōtradictorium eſt falſum. ſ. a eſt uerum. cuius contradictoriū eſt falſum. q̧ aūt conſequens ſit falſum arguitur ſic, & facio tibi iſtam conſequentiam. a. eſt non uerum, cuius contradictoriū eſt falſum. ergo, a. eſt falſum: cuius contradictoriū eſt falſum conſequentia tenet, quia falſum, et non uerum conuertunt: conſequens eſt impoſſibile. ergo & et antecedēs,

Contra ſeptimā regulam

Reſpondetur concedendo regulam, & conſequentiam factam contra illam & nego q̧ conſequens ſit falſum. & tunc ad argumentum. a. eſt non uerum, cuius contradictoriū eſt falſum. ergo. a. eſt falſum. cuius contradictorium eſt falſum. nego conſequētiam, & q̄n dicitur nō uerum: & falſum, conuertuntur. concedo. ergo

Digitized by Google

iſta conſequentia eſt bona. nego argumentū quia non arguitur ab uno conuertibili ad reliquum ratione totius extremi, ſed partis. Vnde licet, non uerum, & falſum, conuertantur, tamen non uerum, cuius contradictorium eſt falſum: & falſum cuius contradictorium eſt falſum non conuertuntur. Notandum circa debitum medium. ꝙ non ſequitur ſor. non eſt aſinus, et ſor. eſt. ergo ſor. eſt non aſinus. quia antecedens eſt uerum & conſequens falſum. dato ꝙ ſor. nihil habeat, nec arguitur per regulam, quia illud nō eſt debitum mediū, ſed illud ſor. eſt aliquid. & non ſequitur, aſinus non eſt ſor. & aſinus eſt, ergo aſinus eſt non ſor. dato ꝙ nullus aſinus ſit alicuius, eſt tunc antecedens uerum & conſequens falſum. non tamen arguitur per regulam quia illud non eſt debitum medium, ſed hoc, aſinus eſt alicuius quod eſt falſum. quare &c.

A

B

Obiecta contra regulas. 7. ca. huius tertij tracta. Cap. 6.

Contra primam regulam

SEptimi capituli prima regula fuit iſta. Ab omnibus exponentibus ſimul ſumptis ad ſuum expoſitum, eſt bona conſequentia. Contra quam regulam arguitur ſic, iſta conſequentia non ualet. Aliqualis homo currit. & non eſt aliqualis homo. quin talis currat. ergo qualiſlibet homo currit. & tamen arguitur per regulam. ergo regula falſa. conſequentia tenet & prima pars antecedentis probatur. & pono ꝙ non ſint in mundo niſi homines albi. quorum aliqui currant, & aliqui ſedeant. iſto poſito conſequens eſt falſum, ut patet. & tamen antecedens eſt uerum quia aliqualis homo currit. et non eſt aliqualis, quin talis qualis ipſe eſt, currat. Eodem modo arguitur in alijs terminis, ut aliquantus homo currit, & non eſt aliquantus homo, quin tantus currat. ergo quantuſlibet

C

D

homo currit: poſito enim ꝙ quilibet homo eſſet tripedalis quantitatis, et ꝙ aliqui currerent, et aliqui ſederent: tunc eſſet antecedēs uerum et conſequens falſum. unde relatiuum accidentis non neceſſitatur ſupponere pro omni eo pro quo ſuum antecedens. Ideo dicit ꝙ nulla illarum conſequentiarum ualet, quia non arguit per regulam: ex eo ꝙ non recte aſſignatur ſecunda exponens. Nam huius uniuerſalis, qualiſlibet homo currit. ſecunda exponens eſt iſta, nihil eſt aliqualis homo: quin illud currat. Iſtius uero quātuſlibet homo currit. ſecunda exponens eſt iſta. non eſt aliquantus homo quin ipſe currat. ſed iſta: nulla eſt aliquantus homo qn illud currat. Secunda regula fuit iſta. Ab omni exponibili ad quamlibet ſuarum exponentium, eſt bona conſequentia. Contra quam regulam arguitur ſic. iſta conſequentia non ualet, tu incipis eſſe albus. ergo tu es albus, & non immediate ante inſtans quod eſt præſens fuiſti albus: & tamen arguitur per regulam. ergo regula falſa, conſequentia tenet cum minori, quia incipit: exponitur uno modo per poſitionem de præſenti: & remotionem de præterito. ergo conſequēs eſt una eius exponentium maiorem probo: quia caſu poſſibili poſito antecedēs eſt uerum et conſequens falſum. ergo conſequentia non ualet antecedens probo, et pono. quòd tu non ſis albus. ſed immediate poſt inſtans quod eſt præſens eris albus, iſto poſito ſequitur quòd tu incipis eſſe albus: tanquam ex ſuis exponentibus: & tamen non es albus: per caſum: quod eſt oppoſitum primæ partis conſequentis. Reſpondetur quòd iſta conſequentia non ualet. tu incipis eſſe albus, ergo tu es albus, & non immediate ante inſtans quod eſt præſens fuiſti albus, nec arguitur ab expoſito ad aliquā ſuarum exponētium: & dicitur ꝙ hęc uerba

A B C D

Contra ſecundā regulam

Digitized by Google

incipit,& deſinit,non proprie exponuntur.ſed habent
cauſas ueritatis,unde copulatiua, cuius una pars eſt af- A
firmatiua de præſenti,& alia negatiua de præterito.di
citur una cauſa ueritatis,& copulatiua.cuius una pars
eſt negatiua,& ſecunda affirmatiua de futuro uocatur
alia cauſa ueritatis.& a qualibet illarum copulatiuarū
ad propoſitionem inceptionis eſt bonum argumentū:
econuerſo autem nō ualet:ut eiuſdem capituli una aſſe-
ruit regula. Eodem modo de deſinit,eſt dicendum. Et
ſi aliquando dixi illa uerba debere exponi,non ſum lo
cutus proprie de expoſitione,ſed ſm communem mo-
dum loquendi ſumendo expoſitionem cōmuniter pro B
omni probatione terminorū. Ideo iam arguitur ma
gis ſtricte ſic.iſta conſequentia non ualet. tantum non
omnis homo eſt animal. ergo nō omnis homo eſt ani-
mal,& tamen arguitur ꝑ regulā.ergo regula falſa. con
ſequentia tenet.& prima pars antecedentis probatur.
antecedens.n.eſt uerum,et conſequēs falſum.ergo con
ſequentia non ualet. ꝙ conſequens ſit falſum manife-
ſtum eſt.& probatur antecedens ſic,omne animal eſt
non omnis homo.ergo tantum non omnis homo eſt C
animal. tenet conſequentia ab uniuerſali affirmatiua
ad ſuam excluſiuam,antecedens eſt uerum,ut patet. er
go & conſequens,& ſecunda pars antecedentis.proba
tur.nam prima exponens excluſiuę eſt pręiacens eius,
ſed ly non omnis homo eſt animal,eſt pręiacens illius
excluſiuę:quia eſt illud quod remanet dempta dictio-
ne excluſiua ergo eſt exponēs eius qđ erat probandū.

Reſpondetur concedendo conſequentiam.et negan
do antecedēs.Et ad probationem.nego conſequentiā,
quia iſta non eſt excluſiua illius uniuerſalis ſed hæc tan D
tum non ens omnis homo eſt animal,quæ eſt uera. Et
ſi dicitur quę eſt uniuerſalis illius excluſiuę,tantū,non

omnis homo eſt animal:dicitur ꝙ non habet uniuerſa
A lem:quia eſt excluſiua negatiua. Tertia regula fuit
iſta. Ex cuiuslibet exponentis contradictorio ſequitur
contradictorium expoſiti. Cōtra iſtam regulam ar- Contra
guitur ſic.Iſta conſequentia non ualet,tu es animal.er- tertiam
go tu non differs ab animali,& arguitur per regulam. regulam
ergo regula falſa.conſequentia tenet cum minori:ma-
iorem probo.antecedens eſt uerum.ut patet. & conſe-
quens falſum.ex eo ꝙ ſuum contradictorium eſt uerū.
uidelicet tu differs ab animali. probatur ſic. tu differs
ab animali quod eſt aſinus.ergo tu differs ab animali,
et illud eſt aſinus.conſequentia tenet per reſolutionem
B relatiui in coniunctionem copulatiuam & pronomen
demonſtratiuum.& antecedens eſt uerum. ut patet ꝑ
exponentes.ergo & conſequens,tunc ſic. tu differs ab
animali.& illud eſt aſinus. ergo tu differs ab animali.
conſequentia tenet a copulatiua ad alteram eius partē.

Reſpondetur concedendo conſequētiam, et negan-
do iſtam propoſitionem,tu differs ab animali.tunc ad
rationē,tu differs ab animali.quod eſt aſinus.ergo etc.
negatur conſequentia. neq; relatiuum determinatum
C per terminum confuſiuum eſt ſic reſolubile ſemper.un
de non ſequitur, tu es omnis homo qui eſt in.a. domo
ergo tu es omnis homo.& ille eſt in.a.domo. Omnis
homo currit mouetur.ergo omnis homo currit, & ille
mouetur. Exiſtens tamen relatiuum in propoſitione
ſine ſigno ſic haberet reſolui, unde bene ſequitur, ſor.
qui currit mouetur ergo ſor.currit,et iſte mouetur. an-
tichriſtus erit homo qui eſt, ergo antichriſtus erit ho-
mo,& ille eſt. Quarta regula fuit iſta. A reſolenti-
D bus ad reſolutum eſt bona conſequentia. Contra quā Contra
regulam arguitur ſic.iſta conſequentia non ualet. hoc quartas
non eſt homo demonſtrando aſinū.& hoc eſt animal regulam

Digitized by Google

ſi eſt riſibile.ergo animal ſi eſt riſibile non eſt homo.et
tamen arguitur per regulã.ergo regula falſa.conſequen A
tia tenet cum minori.& maior probatur. Nam antece-
dens eſt uerum ut patet.et conſequens falſum.ergo con
ſequentia non ualet.ꝙ conſequẽs ſit falſum. probatur.
quia ſuum contradictorium eſt uerum.ſ.omne animal
ſi eſt riſibile eſt homo ut patet per exponentes.ſ. aliqđ
animal ſi eſt riſibile eſt homo: & nullum eſt animal,
quin illud ſi ẽ riſibile ſit homo.ergo &c. Dicitur quòd
conſequentia eſt bona:et conſequens eſt uerum ſicut et
antecedens, & cum dicitur ꝙ ſuum contradictorium
eſt uerum, ſcilicet omne animal ſi eſt riſibile eſt homo:
dico ꝙ ſecunda exponens non eſt ſufficienter aſſigna- B
ta quoniam iſta eſt ſecunda exponens,ſcilicet nihil eſt
animal ſi eſt riſibile,quin illud ſit homo quæ eſt falſa.
quia ſuum contradictorium eſt uerum,ſcilicet aliquod
eſt animal ſi eſt riſibile quod non eſt homo.probatur.
hoc non eſt homo, demonſtrando aſinum. & hoc eſt
aliquod animal ſi eſt riſibile. ergo & cætera.

Quinta regula fuit iſta. Ab officiantibus ad offi-
Contra quintam regulam. ciatum eſt bona conſequentia. Contra iſtam regu-
lam arguitur ſic.iſta conſequentia non ualet.hæc pro- C
poſitio eſt neceſſaria.animal eſt homo.quæ adæquate
ſignificat animal eſſe hominem. ergo animal eſſe ho-
minem eſt neceſſarium. & tamen arguitur per regu-
lam.ergo regula falſa.conſequentia tenet cum ſecunda
parte antecedentis, primam probo. quia antecedens
eſt uerum, & conſequens falſum. quòd antecedens ſit
uerum patet,quòd conſequens falſum. probatur. nam
animal eſſe hominem eſt impoſſibile. ergo falſum eſt
quòd animal eſſe hominem ſit neceſſarium. cõſequen D
tia bona,& antecedẽs probatur.hoc eſſe hominem eſt
impoſſibile demonſtrando aſinum,& hoc eſt animal.

ergo animal eſſe hominem eſt impoſſibile. conſequen-
A tia tenet ab inferiori ad ſuum ſuperius affirmatiue,ſine
impedimento. Reſpondetur concedendo primam
conſequentiam,et antecedens:& conſequens eiuſdem.
negando ꝙ animal eſſe hominem ſit impoſſibile,et ad
probationem nego conſequentiam,et tunc ad illam re
gulam reſpondeo dupliciter.& primo ꝙ non arguitur
ratione totius extremi:ſm ꝙ intelligit regula ſecundo
ꝙ arguitur cum impedimento, quia ly impoſſibile im-
mobilitat iſtum terminum animal,et dictũ eſt in una
regula conſequentiarum,ꝙ ab inferiori ad ſuum ſupe-
rius immobilitatum non ualet conſequentia. Si autem
B uellet quis fortificare illud argumentum dicens, ꝙ ar-
guitur a reſoluentibus ad reſolutã hoc nego.quia iſta,
animal eẽ hominem eſt impoſſibile,nõ eſt reſolubilis,
ſed officiabiliter probabilis,ut in probationibus termi
norum patuit. Sexta regula fuit iſta. A deſcriptione
ad deſcriptum eſt bona conſequentia, & econuerſo.

Contra quam regulam arguitur ſic.iſta conſequen- Contra ſextam regulam
tia non ualet,tu intelligis hominem. ergo tu intelligis
aliquid ſub ratione qua homo, & tamen arguitur per
C regulam.ergo regula falſa.conſequentia tenet cum mi
nori,maior probatur. Et pono quòd tu nullam habeas
intellectionem niſi ſimplicem intellectionem homi-
nis.Iſto poſito tu intelligis hominem et tamen tu non
intelligis aliquid ſub ratiõe qua homo,quia omnis ra-
tio hominis eſt diffinitio. ſed tu non intelligis aliquid
ſub aliqua diffinitione:quia nullam habes diffinitionẽ
in mente:ut ſuppono in caſu.ergo tu non intelligis ali-
quid ſub ratione qua homo. Dicendũ ꝙ conſequen
D tia prima fuit bona,cuius conceditur antecedẽs et con
ſequens in caſu iſto,et cum arguitur.omnis rõ hoīs eſt
diffinitio ipſius,nego.qm̃ ratio hominis ẽ denomina-

Digitized by Google

tio ipſius ly homo, namq; ab humanitate denomina-
tur homo. ideo humanitas dicitur ratio ipſius, & hæc A
eſt illa ratio ſub qua tu intellig s hoc, demonſtrando
hominem. Septima regula fuit iſta. A ſenſu diuiſo
ad ſenſum compoſitum, aut econuerſo, non ualet argu
Contra 7. regu. mentum. Contra iſtam regulam arguitur ſic. Iſta
conſequentia eſt bona, tu potes currere. ergo poſſibile
eſt te currere. poſſibile eſt antichriſtum eſſe, ergo anti-
christus poteſt eſſe & econuerſo. dicitur quòd in termi
nis ſimplicibus & diſcretis, ſine impedimento alicu-
ius ſigni, eſt bona conſequentia, ſed cum limitatione
ſigni non ualet conſequentia, ut omne animal eſſe eſt
neceſſarium. ergo omne animal nec̃ium eſt eẽ, anima B
tua nec̃io eſt. ergo neceſſario anima tua eſt. album põt
eſſe nigrũ. ergo poſſibile eſt album eſſe nigrum. Con
tra iſtam rñſionem arguitur, ultimam ꝯñam ualere. nã
ſequitur. album põt eſſe nigrum. ergo albũ eſt potens
eſſe nigrum patet ꝯña reſoluendo iſtud uerbum, põt,
in, ſum, es, eſt, et ſuum participiũ. tunc ultra. album eſt
potens eſſe nigrum. ergo album eſt ens nigrum. patet
conſequentia ab uno conuertibili ad reliquum, quia
potens eſſe, et ens, conuertuntur, quia oẽ ens eſt potens C
eſſe, & oẽ potens eſſe eſt ens. quia oẽ potens eſſe eſt. er-
go oẽ potẽs eſſe ẽ ens. patet ꝯña. & añs ſimiliter ꝑ ſuas
exponentes. ulterius album eſt ens nigrum. ergo albũ
eſt nigrum patet conſequentia. quia oẽ ens nigrum eſt
nigrum, et ultra album eſt nigrum. ergo poſſibile eſt al
bum eſſe nigrum, patet conſequentia, quia quęlibet de
pręſenti infert unam de poſſibili de ſenſu compoſito. er
go a primo ad ultimum, album põt eſſe nigrum ergo
poſſibile eſt album eſſe nigrum. Ideo reſpondeẽ bre- D
uiter ꝙ iſta conſequentia non ualet. albũ eſt potens eſſe
nigrum. ergo album eſt ens nigrum, et ad probationẽ,
ibi

ibi arguitur ab uno conuertibili ad reliquum. nego. &
A cum dr̃ ly potens eſſe. & ly ens, conuertunẽ. concedo.
& ẽt ly potens eſſe, & ens: non conuertunẽ, unde ly po
tens eſſe, nominal'r ſumptum conuertiẽ cum ly ens, ſed
ꝑticipial'r ſumptum non conuertiẽ cum illo quia nõ ſe-
quitur antichr̃s eſt potens eſſe, ergo antichr̃s eſt ens, &
ita in propoſito ſumitur ly potẽs eſſe, ꝑticipialiter qua
re argumentũ non procedit. Octaua regula fuit iſta.
Ab una cauſa ỳ'itatis ad ꝓpõnem habentẽ illam cãm,
eſt bona ꝯña. Contra quam regulã arguitur ſic. iſta Contra
ꝯña non ualet. a. propõ eſt uera. & immediate ante in- 8. regu.
ſtãs qđ eſt pręſens non fuit ỳ'a. ergo. a. propoſitio inci
B pit eſſe ỳ'a, & tñ arguitur ꝑ regulam. ergo regula falſa.
ꝯña tenet. & añs probatur. ponẽdo ꝙ. a. propoſitio in
prima ꝑte ꝓportionali horę p̃teritæ terminate ad hoc
inſtans pręſens, fuerit uera, et in ſcđa falſa, & in tertia
uera: & ſic alternatis uicibus. ꝙ oẽs partes ꝓportiona-
les horę p̃teritę. ita ꝙ ĩ omni parte impari fuerit ỳ'a. et
in omni parte pari fuerit falſa: & ſit nunc in inſtãti pręſ
ſenti uera, et ita continue erit iſto poſito eſt añs uer̃, et
ꝯñs falſum. ergo ꝯña non ualet, ꝙ añs ſit uerum patet:
C quia nunc eſt uer̃: ꝑ poſitum: & immediate ante hoc
inſtãs quod eſt p̃ñs, fuit falſum. & q̃ñcunq; fuit falſum
non fuit uerum. ergo immediate ante hoc inſtãs quod
eſt pręſens, non fuit uer̃ ꝙ aũt immediate ante inſtans
qđ eſt pręſens. a. fuit falſum. probatur. q̃a immediate
ante inſtans qđ eſt p̃ſens fuit aliq̃ pars par, ſed q̃ñcũq;
fuit aliqua pars par. a. fuit falſum, ergo immediate ante
inſtans quod eſt præſens. a. fuit falſum. ꝙ autem princi
pale conſequẽs ſit falſum. arguiẽ, quia. a. nunc eſt uer̃:
D & immediate ante inſtãs qđ eſt pręſens. a. fuit uerum:
quia immediate ante inſtãs quod eſt pręſens fuit aliq̃
pars impar. ergo. a. non incipit eſſe uerum. Dicendo

Digitized by Google

breuiter ꝙ.a.non incipit eſſe uerum, & tunc ad argu-
mẽtum nego illam ꝯñam primo factam. nec arguitur A
ꝑ regulam qm̄ illa non eſt cã ueritatis.ſed iſta.a.eſt ue-
rum.& non immediate ante inſtans quod eſt p̄ſens.a.
fuit uerum,et hoc eſt falſum ꝑꝑ aſſignationem ſui con
tradictorij unde cōcedit ꝙ immediate ante inſtans qđ
eſt pręſens.a.fuit uerũ:et immediate ante inſtans quod
eſt præſens.a.non fuit uerum.non tamen cũ prima con
cedit ꝙ non immediate ante inſtans quod eſt pręſens
a,fuit uerum,quia hęc ſunt contradictoria. Nona re
gula fuit iſta. Ab actiua ad ſuam paſſiuam,& ecōuer-
ſo:eſt bonum argumentũ. Cōtra quam regulam ar-
guitur ſic.iſta ꝯña non ualet.promitto tibi denarium. B
ergo denarius tibi promittitur a me et tamen arguit ꝑ
regulã. ergo regula falſa.ꝯña tenet cum minori. maior
probatur. Nam caſu poſſibili poſito eſt añs uerum: &
ñs falſum.ergo conſequẽtia non ualet.añs probat:&
pono ꝙ tibi promittam denarium in confuſo. nullum
tamen denarium tibi promittendo.iſto poſito. añs eſt
uerum,& conſequens falſum ꝑ caſum.ergo &c.Cōſi-
ſimilit.ergo ꝙ non ſeqtur.a.qlibet hō uidet aliquẽ ho-
minẽ.arguit aliquis hō vr̃ à quolibet hoie.poſito nã- C
qꝫ ꝙ quilibet hō uideat pręciſę ſeipſum:eſt antecedens
uerũ & conſequẽs falſum. Reſpondetur ꝙ iſtarũ con
ſequentiarũ nulla eſt bona.nec arg̃r per regulã.quia ter
mini debẽt ſemꝑ ſupponere eodẽ modo. ſed in actiua
ſupponit ly denariũ.& ly hoiem,confuſæ tm̃. et in paſ
ſiua determinate.ideo non debite aſſignantur earũ paſ
ſiuę huic ergo promitto tibi denarium, correſpondet
hic paſſiua a me tibi promittitur denarius.& iſti qui-
libet homo uidet aliquem hominem,correſpondet hęc D
paſſiua a quolibet homine uidetur aliquis hō. Deci
ma regula fuit iſta. A tertio adiacẽte ad ſecundũ adia-

Contra
nonam
regulam

cens affirmatiuę.& ſine termino diſtrahente, eſt bona
A conſequentia. Contra iſtam regulã arguitur ſic. iſta
conſequentia non ualet.tm̃ homo eſt riſibilis.ergo tm̃
homo eſt.& tamẽ arguitur ꝑ regulã,quia affirmatiuę:
& ſine termino diſtrahente.ergo regula falſa.cōſequen
tia tenet cũ minori.ſuppoſito ꝙ ly riſibilis,non ſit ter-
minus ampliatiuus.prima pars antecedẽtis eſt maniſe
ſta.eo ꝙ antecedẽs eſt uerũ,& conſequẽs falſum:ut pa-
tet cuilibet. Ideo reſpōdetur ẽt ꝙ nō tenet regula iſta
in excluſiuis primi ordinis.rō.quia arguitur implicite
ab inferiori ad ſuum ſuꝑius diſtributiuę,nã cum dr̃ tm̃
homo eſt. includitur ly ens, ſuum participium, ſtans
B confuſæ diſtributiuæ ratione dictionis excluſiuæ.

Contra
decimã
regulam

Contra etiam iſtam gloſam arguitur.quia nō ſequi
tur.chimera eſt terminus. ergo chimera eſt:& tamen
arguitur affirmatiuę, & ſine termino diſtrahente, &
ſine dictione excluſiua.Dicitur ꝙ iſta nō eſt ſua corre
ſpondens de ſecundo adiacente.ſed iſta ly chimera eſt,
quia termini debent eodem modo ſupponere.

Obiecta contra regulas.8.ca. Cap. 7.

C Ctauum & ultimũ cap.regulas notificauit hy
potheticarũ.Quarũ prima fuit iſta. A copulati-
ua affirmatiua ad alterã eius partẽ principalẽ,
eſt bona conſequẽtia. Contra quã regulam arg̃r ſic.
iſta conſequẽtia nō ualet. Aliqͣtum uidet ſor. et tm̃ pla.
uidet. ergo tm̃ pla.uidet:& tm̃ arg.ꝑ regulam.ergo re-
gula falſa,conſequentia tenet cũ minori et maior pro
batur.Caſu poſſibili poſito antecedẽs eſt uerũ & conſe
quens falſum.ergo conſequẽtia non ualet.ꝓbatur ante
cedens.et pono ꝙ tam ſor. qͣ pla.uideat unum pedale
D iſto poſito antecedens eſt uerum. Nam pedale uidet
ſor.& pedale uidet pla. ergo aliquantum uidet ſor.&
tantum uidet pla.Sed quòd conſequens ſit falſum:ma-

Contra
primam
reg.8.ca.
primi
tra. hui⁹

Digitized by Google

niſeſtum eſt. eo quod ſecunda exponẽs eſt falſa. ſ. nihil
non pla. uidet. imo eſt contra caſum, quia ſor. uidet. & A
ſor. eſt aliqd non pla. ergo aliqd nõ pla. uidet. quod eſt
oppoſitũ ſecundę partis. Dicendũ ꝙ iſta dictio. tm̃
põt teneri excluſiuę & relatiuæ. Si excluſiuę tã in añte
q̃ in ꝯñte, ꝯña eſt optima, ſed negatur ſecunda pars co
pulatiuę, tunc ad ꝓbationem negatur ꝯña. Si añt utro-
biqꝫ relatiuæ. Iterum concedo conſequentiã & ꝯñs. &
ad eius improbationẽ. dico ꝙ non hꝫ exponi. ſed ſigni
ficat cõuertibiliter, ꝙ tm̃ q̃tum ſor. uidet pla. uidet. qđ
eſt uerꝫ, ubi autem uellet opponens ꝙ ly tm̃. teneret̃ in
añte relatiuę, & in ꝯñte excluſiuæ. patet. tunc ꝙ nõ ar-
guitur ꝑ regulã. Ex illa regula illatũ eſt corollariæ. B

Contra corolla. primæ re.

ꝙ a toto copulato ad alterã partem ẽ bona conſequen-
tia. Contra quã regulam arguit̃ ſic. iſta ꝯña non ua-
let. ſor. et pla. ſunt numerus binarius. ergo ſor. eſt nume
rus binarius, quia añs eſt uerum et ꝯñs falſum. nec ſeq-
tur. ſor. & pla. de ꝑ ſe ferunt lapidẽ. ergo ſor. de ꝑ ſe fert
lapidem. quia dato ꝙ. a. portaret̃ ab ambobus ſimul,
et a nullo ꝑ ſe poſſet portari. tunc añs eſſet uerũ. et con
ſequens falſum. Similiter nõ ſequit̃ tu differs ab homi
ne & ab aſino, ergo tu differs ab homine: qm̃ añs eſt C
uerum, & conſequens falſum. ut patet ꝑ exponentes.
nulla ergo illarꝫ ꝯñarꝫ ualet. & tñ arguitur ꝑ regulam
ut patet. ergo regula falſa. Rñdetur ꝙ coniunctio co
pulatiua ſumpta copulatiuę põt dupliciter teneri. i. col
lectiuę uel diuiſiuę. Collectiuę tenet̃ qñ alterum extre-
morum ineſt ambobus copulatis ſimul et nõ diuiſim,
aut ꝑ ſignum confuſiuum determinatur. Sumebatur
primo modo tam in primo q̃ in ſecundo exẽplo. et ſe-
cundo mõ in tertio exemplo. Collectiuę ergo ſumẽdo D
nõ oportet ꝙ a toto copulato ad alterã partẽ ſit bona
conſequentia, Diuiſiuę aũt tenetur qñ non limitatur ꝑ

ſignum confuſiuum. & cuilibet copulatorꝫ ineſt alterꝫ
extremum, ſicut toti, ut ſor. et pla. ſunt hoies, ſor. et pla.
currunt uel uident. & ſic ſumendo habet regulam ỽita
tem. Secunda regula fuit iſta. A parte principali diſiun
ctiuę affirmatiuę ad ipſam diſiunctiuam eſt bona con

Contra ſecũdam regulam

ſequentia. Contra iſtam regulam arguitur ſic. iſta
conſequentia non ualet. contingẽter tu es, ergo contin-
genter tu es uel tu non es. ergo regula falſa. conſequen-
tia tenet cum minori. & maior probatur Nam antece
dens eſt uerum, ut patet. & conſeqũs falſum. ergo con
B ſequentia non ualet probatur ꝙ conſequens ſit falſum
quia tu es uel tu non es: & non poteſt eſſe quin tu ſis
uel tu non ſis. ergo neceſſario tu es uel tu non es quod
eſt oppoſitum conſequentis. Ideo dicitur: quòd ſi ly
contingenter, determinat in conſequente totam diſiun
ctiuam. tunc non arguitur per regulam. quia ſic ſumen
do non eſt pars primæ, nec ſecundæ categoricæ. Si au-
tem determinat partem ſolummodo. concedo conſe-
quentiam, & conſequens. & nego illam. neceſſario tu
C es uel tu non es. determinando ly neceſſario: conſimili
ter, ideſt unam partem. ubi autem totum determinet
iterum concedo conſequentiam. ſed tunc non ſunt op-

Contra corolla.

poſita, ex quo modi difformiter ſumuntur. Ex iſta
regula inferebatur alia regula corollarię: quòd a parte
diſiuncti ad totum diſiunctum, eſt bona conſequẽtia.
contra iſtam regulam arguitur ſic. iſta cõſequentia nõ
ualet. tu differs ab aſino. ergo tu differs ab homine uel
aſino, quia antecedẽs eſt uerum, et conſequens falſum:
ut patet per exponentes. Etiam non ſequitur. aſinus eſt
D aſinus. ergo iſte homo uel aſinus eſt aſinus. Dicitur
ut prius, quòd coniunctio diſiunctiua ſumpta diſiun-
ctim capit̃ dupliciter, ſcilicet collectiuę. & diuiſiuę col
lectiuę ſumitur quando determinatur per ſignum con

Digitized by Google

ſuſiuum uel diſcretum uel relatiuum exemplũ primi;
ut tu differs a te uel a me.exemplum ſecũdi. iſte homo A
uel aſinus eſt aſinus.uolendo quòd ly iſte cadat ſupra
totum diſiunctum. Exemplum tertij.ſor. qui eſt homo
uel aſinus eſt riſibilis. Diuiſiuę autem ſumitur quan-
do nullo illorum modorum ſumitur, ut homo uel aſi-
nus currit.tu es homo uel aſinus. Dicatur ergo: quòd
a parte diſiuncti ad totum diſiunctum ſumptum diui-
ſiuę eſt bona conſequentia,& iſte eſt intellectus regu-
læ, ſed a parte diſiuncti ad totum diſiunctum ſum-
ptum collectiuæ: non ualet argumentum, ſicut in op- B
poſitum eſt argutũ contra intentionem regulę. Ter
tia regula fuit iſta. A tota diſiunctiua cum deſtructio-
ne unius partis ad alteram partem eſt bona conſequen
tia. Contra quam regulam arguitur ſic.iſta conſe-

Contra tertiam regulam

quentia non ualet, tu es aſinus uel tu non es aſinus:
ſed tu non es aſinus.ergo tu es aſinus. quia antecedens
eſt uerum,& conſequens falſum.ut patet. & tamen ar-
guitur per regulam ergo regula falſa. Reſpondetur:
ꝙ non arguitur per regulam. quia in ſecunda parte an-
tecedentis ſumitur contradictorium primæ partis di- C
ſiunctiuę,uel ſumitur ſecunda pars diſiunctiuę ſi ſumi
tur oppoſitum primę partis.patet,quòd non arguitur
per regulã,quia non infertur alia pars,uidelicet tu non
es aſinus,qua illata conceditur conſequentia & conſe-
quens. Si autem dicitur ꝙ pro ſecunda parte anteceden
tis ſumitur ſecunda pars diſiunctiuę inferendo aliã ite-
rum, Dicitur ꝙ nõ arguitur per regulam. deberet enim
ſumi contradictorium eius iſto modo. tu es aſinus uel
tu non es aſinus. ſed tu es aſinus. ergo tu non es aſinus.
ſed negatur minor. Quarta regula fuit iſta. A copu- D
latiua negatiua ad diſiunctiuam affirmatiuam factam
ex partibus contradictorijs copulatiuæ affirmatiuę:eſt

bonum argumentum.& econuerſo Ex quæ inferebA
A tur quinta: quòd a diſiunctiua negatiua ad copula-
tiuam affirmatiuam factam ex partibus contradicen-
tibus copulatiuæ affirmatiuæ. eſt conſequentia bona.

Contra quartam & quintam regulam.

Contra iſtas regulas poſſet argui. ex nulla ne-
gatiua ſequitur affirmatiua. ergo quælibet iſtarum
regularum eſt falſa. Et quia reſpondetur quòd iſta
regula non tenet in hypotheticis. ſed in categoricis.
Ideo ſpecialius arguo ſic. oppoſitum diſiunctiuæ
affirmatiuæ aſſignatum per negationem præpoſi-
tam toti non conuertitur cum oppoſito eiuſdem aſ-
B ſignato per copulatiuam factam de partibus oppo-
ſitis diſiunctiuæ, ergo ambæ regulę falſæ. conſequen-
tia tenet, antecedens probatur, & capio iſtam diſiun-
ctiuam. neceſſario tu es uel tu ſedes. patet quòd iſta
eſt falſa. ergo hæc eſt uera. non neceſſario tu es uel tu ſe
des. & tamen hæc eſt falſa. neceſſario tu non es & tu
non ſedes. arguitur ergo ſic. iſta diſiunctiua negati-
ua eſt uera. & hæc copulatiua eſt falſa. ergo non con-
uertuntur. patet conſequentia. quia uerum non con-
C uertitur cum falſo. Ideo breuiter reſpondetur: quòd
ſi diſiunctiua affirmatiua habet huiuſmodi duo oppo
ſita, quòd iſta inuicem conuertuntur. ſed non ſemper
habet copulatiuam pro oppoſito factam de partibus
oppoſitis diſiunctiuę, ut argumentum clare oſtendit,
& hoc contingit,quãdo diſiunctiua eſt categoricę pro
babilis,ſicut in propoſito ratione iſtius termini neceſ-
ſario. Infallibiliter tamen & regulariter teneatur. quòd
tam diſiunctiuæ affirmatiuæ, quàm copulatiuæ, da-
tur contradictorium per negationem præpoſitam to-
D ti. Idem eſt iudicium de copulatiua affirmatiua. hæc
enim eſt falſa.neceſſario tu es homo. & tu es albus. ut
patet, et conſimiliter quęlibet iſtarum neceſſario tu non es hõ

Digitized by Google

Valet ab expoſita ad exponēte.

uel tu non es albus. contingenter tu non es homo uel tu non es albus, quia ex qualibet iſtarum ſequitur. hæc A diſiunctiua. tu non es homo uel tu non es albus. quæ eſt falſa, cum qualibet pars eiuſdem ſit falſa. Sexta regula fuit iſta. A conditionali affirmatiua cum ſuo antecedente, ad conſequens eiuſdem eſt bona conſequentia.

Contra ſextam regulam

Contra quam regulam arguitur ſic. iſta conſequentia non ualet. neceſſario tū animal es ſi tu es homo. ſi tu es homo. ergo neceſſario tu es animal. & tamen arguitur per regulam. ergo regula falſa. conſequentia tenet cum minori, maior probatur. Nam conſequens eſt falſum. ut patet. & antecedens eſt uerum. B ergo & cætera. probatur pro prima parte, quia pro ſecunda non expedit, quoniam tu es animal ſi tu es homo. & non poteſt eſſe, quin tu es animal ſi tu es homo. ergo neceſſario tu es animal ſi tu es homo. Dicendum quòd ly neceſſario duo poteſt determinare. aut præciſe conſequens dictę conditionalis, aut ipſam totam. primo modo concedo conſequentiam. & nego primam partem antecedentis, uidelicet neceſſario tu es animal ſi tu es homo, quia æquiualet iſti ſi tu es homo. C neceſſario tu es animal quæ eſt falſa. Ad probationem nego conſequentiam. quia illa conditionalis non eſt in caſu categoricæ probabilis. ſi autem ly neceſſario. determinat totam conditionalem: nego conſequentiam. neq; arguitur per regulam. quia infertur iſta. neceſſario tu es animal quæ non eſt conſequens. ſed iſta ſolummodo, tu es animal. quia modus ſic ſumptus nō eſt pars conſequentis, nec antecedentis. ſicut neq; nota conditionis. ſed pars totius conditionalis. Ideo debuit ſic argui. neceſſario tu es homo. ſed tu es homo. ergo D tu es animal. unde conditionalis ſine modo: neceſſario conuertitur cum ſeipſa habente modum iſtum. unde

ſequitur. ſi tu es homo tu es animal. ergo neceſſario ſi A tu es homo tu es animal, & econuerſo. Vltima regula fuit iſta. A conditionali affirmatiua cum contradictorio conſequentis ſequitur contradictorium antecedentis.

Contra ſeptimā regulam

Contra iſtam regulam arguitur ſicut prius. neceſſario ſi antichriſtus eſt albus, antichriſtus eſt coloratus. ſed antichriſtus non eſt coloratus. ergo neceſſario ipſe non eſt albus. patet bene quòd antecedens eſt uerum & conſequens falſum. Tamen arguitur ſpecialius ſic. iſta conſequentia non ualet. ſi tu es homo B neceſſario tu es animal. ſed nō neceſſario tu es animal. ergo tu non es homo. & tamen arguitur per regulam. ergo regula falſa. conſequentia tenet cum minori. maior probatur. nam antecedens eſt uerum, & conſequēs falſum. ergo conſequentia non ualet. quòd conſequens ſit falſum patet. & probatur quòd antecedens ſit uerum. Nam hæc eſt uera. non neceſſario tu es animal. quia ſuum oppoſitum eſt falſum. ſed altera pars probatur. nam ſi tu es homo neceſſario tu es animal, nam tu es animal ſi tu es homo neceſſario. ergo ſi tu es homo C neceſſario tu es animal. tenet conſequentia ab uno conuertibili ad reliquum, unde idem eſt dicere animal currit ſi homo currit. & ſi homo currit animal currit.

Ideo reſpondetur ad argumentum primum ſicut ad argumentum alterius regulæ quòd non arguitur per regulam. quia debet ſolummodo concludi iſta. antichriſtus non eſt albus. ex quo ly neceſſario, nō eſt pars antecedentis: nec conſequentis. Et ad argumentum ſecundum. dubitatur nunquid iſta conſequentia ſit bona. ſi tu es homo neceſſario tu es animal, ſed non neceſ D ſario tu es animal. ergo tu non es homo. quia dubito de ly neceſſario. an ſit pars antecedentis uel conſequentis, ſi autem ly neceſſario, eſt pars antecedentis, nego

Digitized by Google

conſequentiam. nec arguitur per regulam quia non ſumitur oppoſitum conſequentis, ſed deberet ſic argui. tu non es animal. ergo tu non es homo neceſſario. & iſto modo conceditur conſequentia, et negatur minor. A
ſi autem ly neceſſario eſt pars conſequentis, concedo conſequentiam et nego conditionalem. quia tunc ęquiualet huic conditionali. ſi tu es homo tu es animal neceſſario & tunc ad argumentum. tu es animal ſi tu es homo neceſſario. ergo ſi tu es homo neceſſario tu es animal. nego conſequentiam nec arguitur ab uno conuertibili ad reliquum, nec exemplum eſt ad propoſitum. quia in antecedente ly neceſſario, eſt pars antecedentis conditionalis. & in conſequente eſt pars conſequentis alterius conditionalis. quare &c. B

Finis Logicæ Pauli Veneti. Ad laudem omnipotentis dei.

Tabula omnium capitulorum huius logicæ Pauli Veneti, in Octo tractatus diuiſa.

Tractatus primus eſt de ſummulis qui continet. 17. cap.

Capitulũ primũ de termis. Car. 2
2 De nomine. 3
3 De uerbo 3
4 De oratione 3
5 De propoſitione 3
6 De diuiſione propoſitionum 4
7 De duabus aliĳs diuiſionibus propõnu 5
8 De figuris propoſitionum 6
9 De natura ꝓpõnu 7
10 De ęquipollentĳs 7
11 De conuerſione 7
12 De propoſitione hypothetica 8
13 De propoſitione hypo. copu. 9
14 De propoſitione hypo. diſiuncti. 9
15 De p̃dicabilibus 10
16 De decem prædicamentis 12
17 De ſyllogiſmis 13

Tractatus ſecũdus eſt de ſuppoſitionibus cõtinens cap. 9.

Cap. primũ de diffinitiõe ſuppõnis & de diuiſione eiuſdem. car. 16
2 De cognitione termĩnorum quando ſupponũt materialiter et qñ perſonaliter 17
3 De ſuppoſitione materiali: & de diuiſione eiuſdem 17
4 De ſuppoſitione perſonali. 20
5 De ſignis confundentibus 22
6 De relatiuis pro quibus ſupponunt 25
7 De modo ſupponendi relatiuorum. 26
8 De ampliatiõibus 28
9 De appellationib⁹ 30

Tractatus tertius. de conſequentĳs conti-

nens.8.cap.
Cap.primum De diffinitione conſequentiæ et eorum diuiſionibus. Car.31.
2 De regulis generalibus conſequentiæ formalis 32
3 De regulis con. for. pœnes ſuperius, atq; inferius 34
4 De regulis pœnes propoſitiones quãtas 34
5 De regulis pœnes propoſitiones non quantas 35
6 De regulis pœnes terminos pertinentes & impertinentes 36
7 De decem aliis regulis 37
8 De regu. pœnes propoſitiones hypotheticas. 38
Tractatus quartus eſt de probationibus terminorum continens. Cap.18.
Cap.primum de reſolubilibus.car.39.
2 De propoſitionibus uniuerſalibus 41
3 De officialibus propo. 42
4 De hypo.deſcriptibili 44
5 De ly neceſſario & contingenter 45
6 De gradu poſitiuo cõparabiliter ſũpto 46
7 De gradu comparatiuo 47
8 De gradu ſuperlatiuo. 48
9 De ly differt 49
10 De excluſiuis 50
11 De exceptiuis 51
12 De reduplicatiuis 53
13 De ly immediate 54
14 De ly incipit & deſinit 55
15 De ly totus 56
16 De ly ſemper 57
17 De ly ab æterno 57
18 De ly infinitum 58
Tractatus quintus eſt obligatoriæ artis:continens cap.5.
Cap.primum. De diffinitione obligationis et de reg.eius. Car.60
2 De obiectionibus cõtra dictas reg. 62
3 De conuertibilitate

propoſitionum 66
4 De ſimilibus & diſſimilibus propoſitionibus 68
5 De depoſitiõibus terminorum 71
Tractatus Sextus eſt de inſolubilibus. 8. cap.habens.
Cap.primum de diffinitiõe inſolubilib⁹ & diuiſione eiuſdem.car.73
2 De obiectionibus cõtra inſolubilia 75
3 De inſolubili particulari uel indefinito 77
4 De inſolubili uniuerſali 78
5 De excluſiuis inſolubilibus 79
6 De inſolubili copulatiuo 80
7 De inſolubili diſiunctiuo 81
8 De inſolubilibus nõ apparentibus 83
Tractatus Septimus eſt de obiectionibus contra primum trac. continens cap. 8.
Cap.primum. Obiectiones cõtra dicta in cap. 3.huius primi trac. 85
2 Obiectiones contra regulas cap. 4. huius primi trac.cõtinet 87
3 Obiectiones cõtra regulas.5.cap. huius primi tracta. 88
4 Obiectiones cõtra diffinitiones.6.cap. hui⁹ primi tracta. 90
5 Obiectiones cõtra regulas cap.7. huius primi tracta. 92
6 Obiectiones contra dicta in cap.8. huius primi tra. de prędicabilibus 94
7 Obiectiones contra cap. ulti. huius primi trac. in materia ſyllogiſmorum 97
8 Obiectiones ad dictũ ulti.ca.contra modos figurarum 98
Tractatus.8 ẽ de obiectionibus factis contra.3.tracta.continẽs. ca.7.
Cap.primũ.De obiectionibus factis contra regulas primo &.2. ca. huius tertij.tra.in ma

Digitized by Google

teria conſequentiarũ, car. 100
2 De obiectis contra regulas.ca.3. huius tertij tracta. 106
3 Obiecta contra regulas.4.cap.huius tertij tracta. 108
4 Obiecta contra regulas.5.cap.huius tertij tracta. 112
5 Obiecta contra regulas.6.cap. huius tertij tracta. 114
6 Obiecta contra regulas.7.cap.huius tertij tracta. 117
7 Obiecta contra regulas.8.cap. huius tertij tracta. 122

Regiſtrum

a b c d e f g h i k l m n o p q

Omnes ſunt quaterni.

Venetijs Expenſis heredum Lucæ
Antonij Iunte Florentini
Menſe Martio. 1544.

Digitized by Google

Digitized by Google

UNIVERSITY OF CALIFORNIA LIBRARY
Los Angeles
This book is DUE on the last date stamped below.

REC'D LD-URL
LD-URL SEP 26 1968
NOV 12 1968
RENEWAL LD-URL JAN 21 1986
REC'D LD-URL
QL SEP 30 1974
JUL 25 1974
DISCHARGE-URL
QL SEP 29 1975
JUN 21 1979
DISCHARGE-URL
JAN 9 1978
QL JUN 21 1979
REC'D LD-URL
URL DEC 29 1986
JAN 27 1987

Digitized by Google

3 1158 00142 2897

BC
60
P28 1
1544a

Digitized by Google